LEXICON GRÆCO LATINVM OVVM:

IN QVO EX PRIMITIVORVM & SIMPLICIVM fontibus DERIVATA atque COMPOSITA,

Ordine non minus Naturali, quàm Alphabetico, breviter & dilucidè deducuntur.

IOANNIS SCAPVLÆ operâ & studio.

EDITIO VLTIMA, PRIORI LOCVPLEtior & correctior:

CVM AVCTARIO

Dialectorum omnium à IACOBO ZVINGERO Phil. & Med. Basil. in expeditas succinctasq; tabulas compendiosè redactarum.



Cum privilegiis Cæsareæ Majest. & Regis Galliarum.

BASILEAE,

APVD HENRICPETRINOS.

M. DC. XXIIX.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaulx conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlement de Paris, Thoulouze, Rouen, Bordeaux, Dijon, Aix, Grenoble & Bretaigne. Baillifs, preuoſts, Seneſchaulx de dicts lieux, Lion, Poitiers, Orleans, Bourges, Champaigne, & à touts nos aultres iuſticiers & officiers, qu'il appartiendra ſalut. Noſtre cher & bien aymé Sebaſtian Henricpetri, bourgeoys & imprimeur de la ville de Basle, nous à faict remonſtrer qu'il imprime, le Lexicon Scapulæ, de nouueau reueu & corrigé: Laquelle impreſſion il à faict non ſans grands frais, & craint qu'ayant faict telle aduance quelque autre imprimeur de ce royaume vouluſt imprimer ou faire imprimer ledict liure, & par ce moyen le fruſtrer de ſes frais, deſpens & peines, ce qui tourneroit à ſon grand prejudice & intereſt, Nous ſuppliant ſur ce luy pourueoir. A ces cauſes deſirans ſubvenir audict expoſant. Nous auons interdict & defendu, interdiſons & defendons à tous imprimeurs & libraires de noſtre royaume, d'imprimer, diſtribuer, vendre, faire imprimer, diſtribuer, vendre & mettre en vente le dict liure, ou aucun extraict ou abbregé d'iceluy, ni le deguyſer pour l'expoſer en vente, ſans le conſentement dudit expoſant, ſur peine de confiſcation d'iceulx, d'amende arbitraire, & de tous deſpens dommages & intereſts enuers luy. Voulons en oultre que mettant ou faiſant mettre par luy au commencement ou à la fin dudict liure, ces dict preſentes, ou vn brief extraict d'icelles, qu'elles, ſoyent tenues pour ſignifiees & venues à la congnoiſſance de tous. Sans ſouffrir ne permettre luy eſtre faict mis ou donné aucun empeſchement en contraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le x i i i. Iour de Mars L'an de Grace, mil. ſixcens quatre & de noſtre Regne le quinzieſme.

Ainſi Signé.

Par le Roy en ſon conſeil

Et plus bas

Perrot

AMPLISSIMIS AC

MAGNIFICIS VIRIS CONSVLIBVS

ET SENATORIBVS INCLYTÆ

Bernatum Reipublicæ, dominis ſuis

plurimùm obſervandis.



ON vos latet, Viri ampliſſimi, tuendæ pietati, ſine qua nullum regnum, nulla Reſpub. diu ſtare poteſt, perneceſſariam eſſe legitimam puerorum inſtitutionem, ſiquidem jam inde ab initio, quum vos Deus Optim. Maxim. ex denſa errorum & ſuperſtitionum caligine, ad apertam verbi ſui lucem evocare dignatus eſt, ſcholas erexiſtis, Bernæ potiſſimùm & Lauſannæ, quibus omni pietatis & eruditionis laude inſignes viros hinc inde accitos præfeciſtis. Quin etiam ſtudioſos, undecunque advenerint, in veſtram tutelam ſuſceptos, ſummâ benignitate complexi eſtis; pauperiores verò non exiguo numero, ſi modò bonæ indolis ſpeciem præ ſe ferrent, idoneis ſtipendiis ad literarum ſtudia invitaſtis. Quod ut ſummâ animi alacritate à vobis inſtitutum fuit, ita etiam in eo non minori conſtantiâ perſiſtitis: quippe qui dirutis ac ſolo æquatis veteribus ædificiis, quæ veſtris ſcholis inſervierant, nova, veſtro ſplendore digna, Bernæ extruxeritis, atque etiamnum Lauſannæ extruatis, nulliſq; ſumptibus parcatis, ut & Muſæ, & Muſarum cultores utrobiq; commoda aptaq; habeant domicilia: unde colligunt ij quibus ex præteriti temporis recordatione nota perſpectaq; eſt veſtra in literarum ſtudioſos munificentia, nihil à vobis prætermiſſum iri, ut veſtræ illæ Academiæ, viris pietate omniq; eruditionis genere præſtantibus abundent, in eisq; tùm divinarum tùm humanarum literarum ſcientia accuratiùs quàm anteà unquam tradatur. Ad quod efficiendum præter gloriam immortalem, quam veſtræ illæ ſcholæ vobis pepererunt, & cumulatiorem indies reddituræ ſunt, non parum animos veſtros accendere atque inflammare debet fructus longè uberrimus, quem ad vos veſtramq; Regionem, nec non ad alios longo locorum intervallo à vobis diſſitos, dimanaſſe non ignoratis. Nam ſi agricolæ tantum laboris, operæ & diligentiæ iis agris, aut arboribus excolendis impendere conſueverunt, ex quibus fructum aliquem ſe percepturos ſperant, quid in re tam fructuoſa fieri decet? Ex iis certè qui partim in veſtra ditione, partim apud exteras nationes Rerumpublicarum Eccleſiarúmve gubernacula tenent, permultos eſſe conſtat, qui non aliunde quàm ex veſtris illis gymnaſiis, tanquam ex equo Trojano prodierunt. Nec dubium eſt, ſi ſincerioris doctrinæ, optimarumq; artium atque linguarum ſtudia veſtro favore complexi, veſtra auctoritate

tueri, vestris opibus juvare & ornare indefessis animis perrexeritis, quin multò plures multoq; doctiores inposterum prodituri sint. Quæ res Patriæ ornamento, Ecclesiæ emolumento, Deoq; inprimis honori cedet. Enimverò si in me vel tantillum est eruditionis (quod planè sentio quàm sit exiguum) id vestro beneficio me consecutum esse profiteor. In vestra enim Lausannensi schola à pueris sum educatus, illic me vestrâ liberalitate aliquandiu juvistis, studiaq; mea promovistis, illic primùm me ad publicam functionem evocatum vestro præsidio fovistis. Quum igitur studiorum meorum fructũ vobis acceptum ferre meritò debeam, nec pro vestrorum in me beneficiorum magnitudine gratiam referre valeam, nemo opinor erit, qui audaciæ aut temeritati vertat, si hunc primum fœtum, qui & apud vos natus est, & cujus absolvendi causa me à mea provincia tandiu feriari permisistis, quãdiu necessitas postulavit, vobis nuncupem dedicemq;: ut meæ erga vos observantiæ & gratitudinis testimonium apud omnes extet, meoq; exemplo veluti classico, complures alios, non minùs vobis devinctos, ad eandem gratitudinis significationem excitem. Eum ut pro vestra humanitate & in literarum studia amore æqui boniq; consulatis, etiam atque etiam obsecro: idq; futurum mihi persuadeo, si eum Juventuti, cùm alibi, tùm in vestris scholis (in quarum potissimùm gratiam susceptus editusq; est) literis Græcis operam danti prodesse intellexeritis. Nam si parentibus accepti sunt, qui liberorum utilitati consulere nituntur, minimè vereor quin hic meus conatus Vestræ Amplitudini gratus futurus sit: quum hoc unum spectaverim, ut vestris scholis aliquid utilitatis afferrem, quas non secus ac liberos vestros singulari benevolentiâ complectimini. Et quemadmodum in augusto ædificio struendo, qui minutis lapidibus, terræ, arenæ, & aliis id genus importandis manum admovent, opus cum præcipuis illius architectis promovere dicuntur: ita huic vestro tam præclaro cœpto, quo adolescentum studia juvare magis magisq; cogitatis, hanc meam qualemcunque operam quasi symbolam nonnihil subsidij allaturam esse existimavi, donec majora præstare mihi concedatur.

Deus Opt. Max. Vestræ Reip. statum quàm diutissimè incolumem sua virtute tueri & conservare, vestraq; consilia suo spiritu gubernare dignetur: ut vestro præsidio pietas sarta tecta vigeat, literarum studia floreant, omnia denique tùm publicè, tùm privatim vobis felicissimè succedant. Basileæ octavo Kalendar. Decembr. M. D. LXXIX. *quo anno Bernensi scholæ coronide impositâ, Lausanensis gymnasii fundamenta jacta sunt. Quod faustum felixq; esse velit præpotens rerum omnium opifex & moderator Deus.*

VESTRAE AMPLITVDINI

addictissimus JOANNES SCAPULA.

LECTO-

LECTORIBVS GRÆCÆ LINGVAE STUDIOSIS S. D.



VABVS potissimùm de causis, ut mihi quidem videtur, plerique Græcarum literarum studium aspernantur, aut certè segnius amplectuntur. Una est, quòd earum præstantiam & utilitatem non satis perspectam habeant. Verissimè enim cecinit Poëta, *ignoti nulla cupido.* Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc unum dicam, quod omnino persuasum esse debet, absque Græcæ linguæ peritia saltem mediocri doctum haberi posse neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit consecutus. Nulla enim est ars, nulla scientia, quæ illius adminiculo carere possit. Altera est, quòd Græca lingua permultis longa, salebrosa, ac difficilis ad discendum videatur. Nam quum vitæ huius curriculum Deus Opt. Max. brevissimis ternis circumscripserit, facilè ab earum rerum studio absterrentur adolescentes, quas non nisi multo labore longóque temporis intervallo percipi posse arbitrantur, ad ea quæ minus difficultatis præ se ferunt, minúsque temporis requirunt, animum adjiciant. Hinc illa liberalium artium & disciplinarum compendia emanârunt, quæ studiosis non solùm utilia, sed etiam necessaria esse docti semper iudicârunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adolescentum animos, ab huius linguæ tàm eximiæ, tàm utilis, tàm necessariæ studio, deterritos fuisse atque etiamnùm deterreri constet: operæprecium me facturum existimavi, si eam (contra vulgarem illorum opinionem, à quibus immensa atque inexhausta esse prædicatur) tùm brevem tùm facilem esse demonstrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendiosior neque expeditior via occurrisset, omnes eiusdem originis voces, quæ in superioribus Lexicis alphabetico ordine scriptis sparsim leguntur, in unum veluti fasciculum congessi: primariæ tanquam basi ac radici cæterarum primum locum assignaui: huic reliquas inde ortas primò simplices, deinde compositas certo ordine digestas subiunxi. Hoc enim pacto futurum speraui, non solùm ut singulis (quæ tanquam membra hinc inde dispersa atque dissipata cernebantur) suo loco collocatis, integrum corpus repræsentaretur, quod uno intuitu cerni posset, sed etiam ut primitivorum, in quibus intelligendis omnis aut certè præcipua versatur difficultas, exiguum esse numerum cuivis pateret. Primitivorum enim propriâ & nativâ significatione cognitâ, derivatorum quantocunque fuerint numero significationes assequi quàm non sit difficile, nemo ignorat: siquidem derivata suorum primitivorum vim sequi, composita suorum simplicium significationem retinere solent: non secus ac liberi parentum, ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, rivi fontium ex quibus scaturiunt, proprietatem resipere, surculi stirpium & radicum, ex quibus pullulant, naturam servare consueverunt. Singula autem ad suum primitivum ita revocavi, ut interim quæ remotiori ratione ab eo deducuntur, illic indicata tantùm suâ serie tractanda reservaverim. Nam quum ex his plurima multiplicem ac diversam sortiantur originem, sæpenumero dubium incertúmque est quo potius referri debeant. Varia enim sunt hominum iudicia, verissimúmque illud est, quod vulgò iactari solet, *quot capita, tot sententiæ:* adeóque quotidiana experientia testatur, tàm varium & mutabile esse unius eiusdémque hominis iudicium, ut quod modò

probârit, idipsum mox improbet, & contrá. Multa etiam t, quorum etymo n licèt unicum efferatur, ab aliis recipitur, ab aliis verò r iatur: malui autem suum cuique iudicium liberum relinquere, quàm audac uidquam pronunciare. Etyma verò ex optimis quibusque scriptoribus d pta adscripsi, non quidem quæcunque inveniri potuerunt, (quum ex iis no ica sine dubio sint futilia & ridicula) sed quæ rationi magis consentanea vis t: cuiusmodi etiam nonnulla adieci, de quibus penes alios erit iudicium. C in re eò audacior fui, quòd pleraque ex iis, quæ à me profecta esse putabam, a is iam annotata postea animadverterim. Enimverò idem nobis faciendur bitror, quod antiquos illos Platonem, Aristotelem, Plutarchum, & alios cla mos viros fecisse videmus, qui vocum origines diligenter investigârunt, & e ominis notatione veritatem rerum scrutati sunt. Refert A. Gellius Labe m Antistium Latinarum vocum origines rationésque percalluisse, eáque scie ad enodandos plerosque iuris laqueos usum fuisse. At quisquis Græcarun ctionum origines rationésque percalluerit, haud dubiè eâ scientiâ instructu erosque nodos, qui apud probatos autores passim occurrunt, enodabit: err s plurimos præsertim ex cacographia natos emendabit: de propria cuiusque v s significatione rectè iudicabit. Quamvis autem illi plurima etyma solerter e gitata tradiderint, minimè tamen dubium est, quin multa posteris investi ida reliquerint.

Primam sedem interdum nomi nterdum verbo minùs scrupulosè assignavi: sequutus ordinem, qui mihi in aque classe visus est commodior & facilior.

Nonnunquam derivata in di plurésve classes pro diversa primitivi significatione distinxi: ubi tamen obse ndum est, unum idémque derivatum aliquando in singulis classibus adscrib prout ad diversas significationes extenditur: ut videre licet in Ἀγορὰ, in Ἄγω in Αἰτία, in Ἅλς, in Ἅπτω, in Ἀρχὴ, in Κῆδος, in Κλείω, & aliis nonnullis.

Composita à suis simpl ous seiuncta iuxta seriem alphabeti collocavi, eáque pro variis formis in varias dem classes distribui.

Inter composita ea tar m adscribere placuit, in quibus primitivum, cuius tractatio præcessit, ultimum ocum occupat: ne eadem sæpiùs iterarentur.

Multa superflua, ulta νόθα και κίβδηλα, quæ Lexicis perperàm intrusa sunt, rescidi: & peregri a & barbara non pauca, (qualia sunt Hebraica aut Syriaca ἀδὰρ, ἀῤῥαβὼν, γεένα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον, item Latina, ut ἀρτεμὼν artemo, ἀσάριον assarius, ἄλιξ alica, δήκοκτα decocta, δηνάριον denarium, δικτάτωρ dictator, ἔγεστα egesta, εἰδοῖ idus, ἰοῦστος iustus, κάγκελος cancellus, κεντυρίων centurio, κῆνσος census, κοδράντης quadrans, κολωνία colonia, κουστωδία custodia, λεγεὼν legio, λέντιον linteum, λιβερτῖνος libertinus, μάκελλον macellum, μέλκα melca μεμβράνα membrana, μόδιος modius, μοῦστον mustum, νοτάριος notarius, νοῦμμος nummus, ξέστης ξεστὸς sextarius: unde ἡμιξέστης semisextarius, ὀξύγγιον axungia, οὐγκία uncia, πραικόκκια vel πρεκόκκια præcocia, πρητήριον vel πραιτώριον prætorium, πωμήριον pomerium, ῥῆμος remus, ῥέδα rheda, σαξίφραγον saxifragum, σικάριος sicarius, σιμικίνθιον semicinctium, σουδάριον sudarium, σπεκουλάτωρ speculator, σοῦβλα subula, ταβελλιὼν tabellio, ταβέρνη, ταβερνεῖον taberna, τραβέα trabea, τρακτὸς tractus, τίτλος titulus, τέσσαρα tessera, φέκλη fæx, φενεστέλλα fenestella, φενόλης penula, φόρον forum, φραγέλλιον sive φραγγέλιον flagellum, φραγγελλοῦν flagellare) hæc, inquam, non nisi à recentioribus Græcis usurpata, qui ea à Romanis sumpserunt, exclusi. Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis, non à Græcis petenda esse duxi. Ex his tamen omnibus nonnulla in suam seriem irrepsisse deprehendentur.

Homi-

Hominum & locorum propria (nisi quum fiunt appellativa) non adscripsi: quòd peculiares de ijs extent libri. Verbalia à præteritis passivis formata (quorum quæ à prima singulari fiunt, vel in μα, vel in μων, vel in μος desinunt: quæ à secunda, vel in ις vel in ία præcedente σ, aut ξ, aut ψ: quæ à tertia, vel in της, τικὸς, vel in τος, vel in τήριον, vel in τον finiunt) verbis passivis proximè subiunxi, ut formationis ratio meliùs apparerent.

In hoc autem opere absolvendo quum plurimum temporis contrivissem (remorante me partim operis ipsius prolixitate, partim functione meâ, partim deniq; privatis occupationib.) incidi forte in thesaurum ab Henr. Steph. constructum: cuius solâ inscriptione lectâ, existimavi me actum egisse. verùm quum thesaurum illum penitiùs introspectum, præter alia multa à meo consilio discrepantia, diverso etiam ab eo quem secutus fueram ordine scriptum fuisse, re ipsa cognovissem, idq; amicorum oculis subiecissem, eorum iudicio fretus, multisque rationibus adductus, hæc tandem in lucem prodire permisi. Ac verò ne thesauri illius Herculeo sanè labore compositi autorem bene de litteris meritum debitâ laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar: quid illi acceptum feram, fateri non gravabor. Quum enim in eo thesauro tanquam in penu locupletissimo dictionum vim & proprietatem meliùs exprimi, significationes distinctiùs collocari, pluribus aptioribusq; exemplis confirmari, diversas constructiones diligentiùs observari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici, & alij in Græcæ linguæ cognitione excellẽtes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, pleniùs contineri & accuratiùs quàm in superioribus Lexicis collecta exhiberi comperissem, ea inde potissimum deprompta meo instituto accommodavi, consultis ijs quoq; authoribus ex quibus illa in thesaurum fuerunt relata. paucissima ex plurimis exempla selegi: loquendi formulas non nisi magis necessarias apposui, ne liber in nimiam molem excrescens lectori tædium afferret, emptorémve pretij magnitudine deterreret. Sicut autẽ in eo thesauro multa vocabula adiecta sunt, quæ in alijs Lexicis desiderantur: ita etiam non pauca testimonio munita huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet: atq; adeò quamplurima ab ijs qui diurnâ nocturnâq; manu versant exemplaria Græca quotidie indici posse non est dissimulandum: præsertim verò ex compositis, in quorum numero, utpote penè infinito, sitæ sunt illæ Græcorum divitiæ tantopere iactatæ: verum de eorum significatione, quantocunq; agmine inveniantur, ex aliis eiusdem formæ compositis, quæ satis numerosè hîc inserta sunt, quum non solùm iudicare, sed etiam (quod semper licuit semperq; licebit) innumera ad eandem formam fingere, & in usum proferre cuivis in Græcis authoribus vel mediocriter versato facilè sit, non est quòd ea quisquam cum studiorum suorum detrimento hinc abesse putet.

Quoniam porrò propositũ initio mihi fuerat, primitiva cum simplicib. derivatis, ordine alphabetico disponere: ideo derivata à primitivis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec nõ obscuriora quædã composita duabus lineolis iuxta eorum seriem inclusi, arbitratus quãlibet vocem à quolibet repertum iri: simplicẽ quidem aut suo loco, aut in illis de quib. dixi lineis: compositam verò in simplici, consideratâ posteriore eius parte, atq; ideò terminationes compositorũ in quib. simplicia non ita facilè apparerent, peculiari indici inserere decreveram. Verùm ab amicis monitus, me hoc compendio tyronibus non satis facturum, alium indicem ita construxi. Dictionibus alphabeticâ serie dispositis, primitivas maiusculis literis descripsi: derivatas, idẽ literarum initium habentes, & primitivum suum proximè vel præcedentes vel sequentes, in suo primitivo quærendas esse ostendi, adiectis his vocibus, *cum derivatis:* Exempli gratia: quum ἀγγαρεῖα, ἀγγαρεῖον ἀγγαρευτὴς, ἀγγαρεύω ἄγγαρος sese in sua serie proximè sequãtur, eorum primitivum ΑΓΓΑΡΟΣ solùm adscripsi,

adſcripſi, addito, *cum derivatis*: reliqua ibidem quærenda eſſe indicans. Sic φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικὸς, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος quæ initiales literas & ſyllabas ſimiles habent, in ſuo primitivo φιλόσοφος ſine ratione notato inveniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicavi, partim oblivione, partim aliis de cauſis prætermiſſas. Dictiones per dialectum aliquam à communi uſu deflectentes (quæ poëtis ſunt familiares, necnon interdum ſolutæ orationis ſcriptores, Herodoto & Hippocrati Ionica dialecto uti ſolitis) in peculiari licabit tractatus de dialectis, ut eas hîc annotare non fuerit neceſſe. Paſſivæ verborum terminationes ſæpiùs in activis erunt quærendæ. Quæ habent duplex σ aut duplex τ, alterutro duntaxat modo ſcripta invenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ habent, cum σ ſcripta quærentur.

Hæc ſunt de quibus vos, candidi Lectores admonendos eſſe exiſtimavi: ut & ſcopum mihi propoſitum & methodum à me ſervatam intelligeretis, ac proinde minore cum moleſtia in hoc opere verſari poſſetis: ex quo ſi quid opis & adiumenti veſtris ſtudiis accedere ſenſero, me ſuſcepti laboris, quidquid moleſtiæ & tædii attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oſcitanter aut perperam ſcripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata ſunt) eorum veniam me à vobis impetraturum ſpero, ſi errare humanum eſſe cogitaveritis: ſquamvis tenues & perexiguæ ſint vires iuvandi ſtudium mihi non defuiſſe vobis perſuaſeritis: ſi denique temporis & otii in hiſce perficiendis demenſi brevitatem cognoveritis. Non enim quod volumus id poſſumus, neque quod poſſumus, id per otium præſtare ſemper licet. Valete.

IN

IN IOANNIS SCAPVLAE LEXICON GRÆCO-LATINVM ad Lectorem.

Atlantem memorat vetum veneranda vetustas
Impositum scapulis sustinuisse polum.
Nempe quòd astrorum motus, Solisq́ labores,
Et Lunæ instabiles noverit ille vias.
At SCAPVLAM, quem nullo probè non cognita Græci
Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,
Quidni (par causa est) communem imitata priorum
Hellada posteritas sustinuisse queat?
Pondus utri gravius? dicat quem pressit utrumq́.
Utilius sed utrum? Græca revolve, scies.
Tu tamen hæc inter, SCAPVLAE grave, faveq́,
Tot peregrè advectas dum tibi promo opes.
Quas si quis numeret, numero contenta eodem
Discere quot stellas axis uterq́ rotat.

In idem:

Assere nunc geminos vario sed tempore Atlantas:
Cœlifer ante fuit, Græcifer alter adest.
Scilicet ille vagos cœli percalluit ignes:
Edocet hic voces Græcia quotquot habet.

In idem:

Qua SCAPVLA ex varijs veterum penetralibus olim
Carpserat, in propriam condideratq́ penum
Nunc eadem referans, magno sibi parta labore
Prodigus exiguo dat potiunda tibi.
Quotquot enim superant Græcæ vel frustula linguæ
Hic totidem Latijs reddita, Lector, habes.

AD STVDIOSAM IVVENTVTEM ex Horatij consilio.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, Graijs sponte Minerva venit.
Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,
Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.
Vos inquam Juvenes, vos exemplaria Græca
Versate assiduâ nocte dieq́ manu.
At cuncta ut pateant, nec quicquam fortè legenti
Occurrat, cœptum quod remoretur iter:
Sit SCAPVLA hicce comes, quo fido interprete voces
Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat.

BELLVMBRANI.

In ejusdem Lexicon.

Κείμενον εἰνὶ λόγοις Ἑλλήνων πλέον ἐκεῖνον
Προφρονέως ἡμῖν πολλοὶ ἔδειξαν ἀεί.
Προφρονέως μὲν ἔδειξαν· ἔμιξεν δ' ἐσθλὰ κακοῖσι,
Μέτρα βίβλου τοίης ἀγνοέντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα νόουν· οὐμὴν ὄνον οὐκ ἐτάλασσαν
Ἀντλεῖν, οὗ δέεται ἔργα τάδ' ἀργαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΛΗΝ νῦν Φοῖβος φωτὶ ἔφαινε
Δεινύμενον μεθόδου ἤματ' Ἀχαιὰ νέῃ.
Οὗτος ἄρ εἰν ὄρχοις ἀρχήμοσι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξιος εὐπορίη τὸν κόπον ἐξαρύων.
Ὄρχατον εὐανθῆ εὗξεν, συνάγειρεν ἁπάσας
Εὐτάκτως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμου.
Ἀμφοτέραι φίνυν τὴν δέλτον χερσὶν ἕλοιντο,
Ἑλλάδος εὐμαθίης πάντες ὅσοισι μέλει.

In idem.

Natræ miraris opus, quo germina stirpi
Artifici nexu tam bene iuncta vides.
Naturam sequitur, methodo qui compare voces
Explicat, annectens ordine quamque suo.
Qui fontes harum reserat, rivosq́ sequentes
Jsua deductis flumina cogit aquis.
Is CAPVLAE labor est. fruere & mirare vicissim:
Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.

VITI MERKELII.

IOAN. SC. Lectori.

MOmus ait nihil eſſe noui dare lexica: verùm
Hoc ego contendo Lexicon eſſe novum:
Eſſe novum nihil eſt, inquit, niſi conferat: atqui
Non caret hæc nouitas vtilitate ſua.
Quæ prius hîc illîc variè diſperſa iacebant,
Hîc ſunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci ſedes defertur prima parenti,
Quam certo ſoboles ordine ſubſequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus inſunt,
Fertilis ex doctis Hellados hauſta libris.
Nil igitur temerè ſtatuas: ſed perſpice, Lector,
Maturo expendens ſingula iudicio.
Tum ſi quod ſtudijs opus afferat hocce levamen,
Faverit optatis aura ſecunda meis.
Si minùs id proſit, ſequere vtiliora docentem:
Ingenij vires quod potuêre, dedi.

LEXICON GRAECO-LATINVM.

A

Prima est apud Græcos litera quam vocant ἄλφα, à prima Hebræorum Aleph. Præfixo articulo neutrius generis, in utroque numero declinatur, quum alioqui sit indeclinabile: idem & de reliquis est intelligendum. ¶ Interdum est nota numeralis, significans primum, sicut βῆτα secundum, γάμμα tertium: & sic de cæteris. Peculiariter verò primus liber Iliadis sive Odysseæ vocatus fuit ἄλφα, secũdus βῆτα, tertius γάμμα, & sic deinceps. Vt autem hæ literæ, quum numerales sunt ab aliis discernãtur, lineolam illis quidã superponũt, alii accentũ acutũ. ¶ In Apoc. cap.1. ἐγώ εἰμι τὸ Α, καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, dicitur Christus esse A, quòd omniũ rerũ principio sit antiquior: dicitur esse Ω, quòd sit omni fine posterior, ut verè sua illi constet æternitas.

In compositione verò, multiplicem habet usum. ¶ Aliquando est στερητικὸν, (q.d. privativũ,) i. privandi vim obtinet. ut βέβαιος. stabilis, ἀβέβαιος. instabilis sic κακὸς, ἄκακος. σοφὸς ἄσοφος. γαμῶ. ἄγαμος. φθαρτὸς, ἄφθαρτος. Sic & in verbis, ἀδέξιος ἀπειρος, ἀχαλίνωτος &c. Quòd si dictio, cui præfixum est α, à vocali incipiat, inter utramq; vocalẽ plerunq; interjicitur ν, euphoniæ gratia: ut in αὐάξιος, αὔτιος ex α & ἄξιος ἴσος. Aliquando in hac significatione opponitur particulæ δύ: ut δύμορφος, ἄμορφος. δύχειρες, ἄχειρες. ¶ Contrà est aliquãdo ἐπιτατικὸν, (q.d. intensivum) h. e. vim addit significationi, vel magnitudinem, vel multitudinem denotando, ut in ἀχμὴς, ἄδικος, ἀγχάλη, ἄξυλος, &c. ¶ Interdum est ἀθροιστικὸν, q.d. coacervativũ seu collectivũ, ut in ἅπας, ἀολλέες. In his tamen potèst α censeri ἐπιτατικὸν. In quibusdã etiã vocib? ὁμοῦ (i. simul) significare traditũ est, ut in ἀδελφὸς, ἀκήλεθος, &c. ¶ Interdum indicat similitudinẽ vel æqualitatẽ, ut volunt quidã in ἀδελφὸς, ἀγάστωρ ἀγάλακτος, ἀπάλαμνος. ¶ Interdũ significat μίωσιν, inquit Eustath. qui ἀμαζόνας dictas esse vult quasi μονομάζους. Sic & in ἀπλοῦν, qd̃ sonat μόνον πέλον, i. οὐ. q.d. ἄπελον. ¶ Interdum significat ὀλιγον, vel μικρὸν. ut ἀμαθὴς pro ὀλιγομαθὴς, sic ἄφρων ἀντὶ μικροφυὴς. ¶ Aliquando idem quod σὺς, ut ἄδαὶ pro σὺν δαὶ, & ἀπέναντι pro συμπέραντι, item ἀδάμας quasi συνδαμάσας. ¶ Aliquando significat κακὸν: ut in ἄδηλος & ἄδηλία apud Sophoc. Et in ἄδωρος, ut ἄδωρα δῶρα apud eundem. Sic in ἀφυὴς, ἄξυλος, &c. ¶ In una eademq; voce nonnunquam duplicem accipit interpretationem: interdum enim vel στέρησιν vel κακὸν significat, ut in ἀκερδὴς. Aliquãdo vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse censetur: ut in ἀολλέες, ἅπας. In quibusdam vocibus accipitur vel privativè, vel pro ὁμοῦ: ut in ἄκοιτις: ἄλοχος. In aliis significat vel μικρὸν vel κακὸν: ut in ἀφυὴς. Vbi verò nulluni ex præcedẽtibus usum habet, pleonasticũ esse putatur: ut in ἄσωχυς ἀντὶ τοῦ σάκυς ἀσταφὶς pro σταφὶς ἀποαίρω ἀντὶ τοῦ ποαίρω. ἀλαπάζω pro λαπάζω. ¶ Interdum α geminatur, & est aut utrumq; privativũ: ut in ἀάατος apud Hom. ex nomine ἄατη, in αὐάπτης pro ἄπτης ex πτηὸς in αὐάπτυς pro ἄπτυς ex πτωΐω μαι: aut est prius α ἐπιτατικὸν, & posterius στερητικὸν, ut in ἀάχετος, inquit Eustath.

A᾽ (cum spiritu aspero & accentu) articulus est postpositivus neut. gen. plur. num. significans, quæ: ab Ὅς, de quo vidè suo loco. ¶ Est & pronomen possessivum pro ἑὰ, sua: ut τὰ ἃ ποδὸς δὼ χεῖρ᾽ ἔκαστος. apud Homer. Sic ὃς pro ἑὸς etiam ponitur.

A᾽ (cum aspero & circumflexo) est adverb. apud Dores significans, quò, ὅπου ut Theocr. Idyll. 13. Ὁ᾽ δὲ ἃ πόδες ἄγον ἐχώρει, quo pedes ducebant, ibat. ¶ Apud eundem poëtam ἃ πίχος, scholiastes exp. κατὰ πίχος, addens subaudiendum esse imperativum ἔρχου. ¶ Est etiam adverbium similitudinis apud Hom. Iliad. ζ. Αἶκε κακὸς ἅ, νοσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο: ubi tamen quedã exẽplaria habent ὡς pro ἅ. ¶ Est & particula admirãtis, inquit Suid.

A᾽ (cum tenui & circũflexo) vox est hominis succẽsentis, quiritantis aut cõmiserãtis, ut Lat. ah, hei, heu. Est etiã perterriti ac perturbati: Vt Lat. ehem. vel cho. Est & admirãtis, vt Lat. vah. aut cho: ut sæpe apud Hom. Ἆ δῖλε, & Ἆ δῖλοι &c. Est etiam optantis, utinam: ut testantur Hesychius, Suid. & Eustath.

A᾽A᾽ (geminatum, tenui & circumflexo notatum) adverb. hominis perterriti, vel deterrentis, seu reprimentis, Aristoph. in Pluto, ἄ ἄ, τὼ δ᾽ ἄδα μή μοι προσφέρε᾽. Et in Vesp. ἄ ἄ, τί μέλλεις δρᾶν. Eurip. in Oreste. Α᾽ ἄ, τί δῆτα μέλλετ᾽ ἐξακείζετ᾽ αἰθέρα Πτεροῖς. ¶ Item ἄ ἄ, vel ἃ ἃ, sæpe est dolentis atque ingemiscentis, aut quiritantis adverb. ut Lat. heu heu. Eurip. in Rheso, Α᾽ ἄ, ὀδυνῶ με τέρεα. & in Oreste, Α᾽ ἄ, ἄδικ᾽ ἄδικα τοτ᾽ ἄρ᾽ ἔλαχον.

Α᾽ ἃ, adverb. ridentis: ut & apud Lat. ha ha he. Eustath.

-Α᾽Α᾽Ζ Ω, Fut. ἀσω, Præt. ακα, exhalo, propriè calidum halitum efflo. Aristotel. in Probl. sect. 34. φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρὰν, ἀάζουσι δ᾽ θερμήν. ☞ fictum à sono quem inter exhalandum edimus.

Α᾽ασμὸς, ὁ, exhalatio, halitus, calidi efflatio.

Α᾽άτω, vide in Α᾽πάω. Α᾽βάκιον, &c. in Α᾽βαξ.

Α᾽Β Α᾽Α Ε, utinam. Hesych. ¶ Est etiam idem quod φεῦ, heu, ut in Epigr. Α᾽βάλε χιμερίῃ με κατέκλυσε κύμασι πόντος.

Α᾽Β Α Ξ ακος, ὁ, abacus. Persio est tabula in quam mathematici numeros, lineas, aut quasvis figuras seu digrammata ducunt. Pythagorica mensa, veteribus dicta, ex Martiani autoritate. Accipitur etiam pro quavis tabula calculatoria. vide ἀβάκιον. ¶ Item abacus Macrobio, tabula aleatoria, sive alveus aleatorius, σανὶς πεπλυμένη inquit Eustath. ¶ Item tabula sive mensa, cui vasa qualibet ad usum quotidianum comparata imponebantur, Ammon. ¶ Item canistrũ, ut colligitur ex Poll. l. 6. c. 12. Numeratur etiam inter vasa sive instrumenta coquinaria, apud eundem ejusdem libri cap. 13. ¶ Vitruvio abacus significat tabulam quadram, quæ supponitur epistyliis sive capitulis columnarum. Idem abacum in podiis vocat planitiẽ, quæ sedilis vicem præbet. ¶ Observatum & illud, solis latitudinem scienter abacum dici, eadem. qua discus, notione, inquit Cæl. Rhod. ¶ Α᾽βαξ pro ἄλαλα vide in Βάζω.

Α᾽βάκιον, ου, τὸ, pro ἄβαξ, tabula calculatoria. Polyb. lib. 5. ὄντως γάρ ἐστιν ὅτοι παραπλήσιοι τοῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψῆφοις. Hinc ortũ, ut peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacũ vulgaris cõsuetudo vocaverit. ¶ Item tabula in qua Mathem. &c. ut suprà in Α᾽βαξ. Plut. in Catone. κονιάσαι τὸν ἀβάκιον καὶ τῶν γραμμάτων ἐπανορθῶσαι. ¶ Item vas ad ferenda opsonia commodum. Poll.

Α᾽βάκισκος, ου, ὁ, tessella pavimenti, apud Ahen. lib. 5.

Α᾽Β Α Ρ, αος, τὸ, placentæ genus, apud Aeschylum.

Α᾽Β Ρ Α, sive ἄβρα, ης, ἡ, ancilla, famula: quales matronæ ditiores ad honestiora ministeria domi suæ alunt, quibusque utuntur pedissequis. Eustathius annotat esse vocabulum ἐθνικὸν, à Græcis (ut & alia multa) usurpatum. Legitur apud Menandrum in Pseudocle. & Genes. 24. & Exod. 2.

-Α᾽Β Ρ Ο᾽Σ, ου, ὁ, mollis, effœminatus, delicatus: ut ἁβρότερος γυναικῶν, apud Lucianũ. ¶ Item pulcher, cultus, elegans. Herodot. in Melpomene. Α᾽γαθυρσοὶ δὲ ἁβρότατοι ἀνδρῶν εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Dicitur & de re: ut ἁβραὶ κλίναι, Aeliano apud Suidam. Et ἁβρὸς λειμὼν exp. καιρότερος καὶ θηλύτερος, quoniam prata, quò floridiora & viridiora, eò sunt pulchriora. Α᾽βρὰ τραπέζα exponitur πολυτελής. ¶ Item festivus, lepidus. Luc. in Iudicio dearum, τὰ γὰρ ζειώδη κεῖνα, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον ἐστὶ καὶ τρυφερῶν. ¶ Item magnificus, gravitatem præ se ferens, elatus: unde ἁβρὸν βαίνειν apud Eurip. in Med. magnificè sese inferre.

☞ Etymologicus deducit ex α privativo & βάρος, ut sit quasi ἄβαρος, ὁ κέφως βαίνων. alii ab ἅπτω, ut sit q. ἁπαφὴς, qui facilè tangi potest.

Α᾽βρῶς, molliter, delicatè, festivè, magnificè, &c. Eurip.

Α᾽βρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. Xenoph. Pæd. lib. 8.

Α᾽βρουσύνη ἡ, idem Eurip. Exponitur etiam φαιδρότης.

Α᾽βρύω, f. ῦσω, orno, splendidum reddo. Aeschyl.

Α᾽βρύομαι, ornor, nitesco, cultũ mihi cõparo. Cum dativo rei, Athen. lib. 12. οἷς ἕν᾽ ὁ τῶν γυναικῶν ἀβρύεται βίος. Item glorior, insolesco, magnificè me infero. Plato in Apol. ἔγωγε καὶ μάλιστα σμικρυνόμενος τε καὶ ἠρεμούμενος αὖ εἰς ἠπιότητα τοῦτο.

Α᾽βρίζομαι, idem quod ἁβρύομαι, Hesych.

Composita.

Ε᾽ναβρύω, idem quod ἁβρύω.

Ε᾽ναβρύομαι, idem quod ἁβρύομαι.

Παναβρος, omnino mollis, omnino delicatus.

Πόδαβρος, qui mollibus delicatisque pedibus est. Themist.

A'BPO'TH, ης, ἡ, nox. Aliquando per se ponitur: aliquando cũ nomine νυξ, & tum plenus est sermo: ut Il. ξ, ἐσσύμενον ἔλθῃ Νὺξ ἀβρότη. ☞ derivatur à βροτὸς, i. moralis, præfixo α privativo, quòd noctu lateant mortales. οὐ γὰρ βροτοὶ ἐν νυκτὶ φάσιν, inquit Eustath. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem, παρὰ τὸ ἐσπερῶν βροτῶν, i. quod privata sit mortalibus. Alias etymologias vide apud Eustathium, & Etymol.

A'βροτέρω, ῶ. F. ήσω, P. ηκα, noctu occurro. Hesych. Significat etiam pecco.

A'βροτήμων, ονος, ὁ ἡ ή, peccator, peccatrix. Hesych.

A'βροτήνη ή, peccatum, ἁμαρτωλή. idem Hesych.

A'βροτίζω, F. ξω, P. χα, aberro in via, aut in nocte evagor. Il. κ, μήπως ἀβροτίζομεν ἀλλήλοισιν, i. ne aberremus alter ab altero. ubi Eustath. ait ἀβροτίζειν esse aut τὸ βροτὸν ἀπατυγχάνειν οὐ ὁδῷ, i. à mortali aberrare in via: aut τὸ οὐ ἀβρότῃ ἀπατᾶσθαι. i. in nocte evagari. Hesychius dicit, ἀπὸ τῆς ἀπατυχῆν τ βροτὸν τῆς βροτῆς μὴ τὴν συνάντησιν, i. ex eo quòd homo ab homine aberret post occursum.

A'βροτία, ας, ἡ aberratio, deflexio de via. Eustath.

A'μβροτῶ, (assumpto μ) aberro, ut & ἀβροτίζω. Il. ω, - ἴνχεσι μὴ γὰρ Η μὲν, οἱ δ' ἀλλήλων. Il. ε, Η' ἀμβρότες, ἐσθλ' ἔτυχε, ubi annotat Eust. hæc proverbialiter dici in eos, qui aberrant ab eo, quod sibi proposuerant: atq; idem his duobus verbis significari ὁτι παραλλήλως: fieriq; ἠμβρότες vel ex ἀβρότω, per pleonasmum τῆς μ, vel ab ἤμαρτες, mutando α in ο, & trajiciendo ρ, nec non inserendo β, ad elegantiorem sonum, ut fit in μαμβρὸς, & in μισημβρία, aliisque hujusmodi.

A'μβροτὰν cum μ, exp. ἁμαρτεῖν, & ἀπατυχεῖν βροτῆς. Item κρύπτειν, apud Hesych.

A'BPOTONON sive ἀβρότονον, τὸ abrotonum, herba seu planta perpetuò virens: ☞ sic nominata, ἀπὸ τοῦ ἐσὶν φαίνεσθαι ἀβρὸν καὶ ἁπαλὸν, quòd aspectu sit mollis & tenera. Nicander in Ther. Ναὶ μὰν ἀβροτόνοιο, τό τ' ἄγριον οὖρος ἐλάσσῃ Ἀργιλιῶ τὸ βάτοιο. Vide Theophrast. hist. plant. lib. 6. cap. 7. apud quem annotant legi etiam ἀβρότονον. vide & Dioscor. l. 3. c. 29.

A'βροτόνινον & ἀβροτόνιτες, ου, ὁ, confectus ex abrotono. ut ἀβροτόνινον ἔλαιον sive ἀβροτόνινον μύρον, apud Dioscor. lib. 1. cap. 61. Et ἀβροτόνιτης οἶνος, apud eundem lib 5.

A'BPYNA, τὰ, Hesychio συκάμινα μέγα. Sic & apud Athen. lib. 2. A'βρυνα συκάμινα ἃ καλεῖσιν οἱ νῦν μέγα.

A'BYPTA'KH, ης, ἡ, barbaricum edulium, ex pomis, cardamo, granis malli punici, & ejusmodi aliis quibus inest τὸ δριμύ. Theopomp. in Theseo, Ἔστι δὲ Μηδῶν γάμος, σύστα καρδάμων Πλείστων ποιεῖται καὶ πόσεως ἀβυρτάκη. Vtitur eo vocabulo & Menander in Cecryphalo, teste Suida: & Alexis apud Athen. l. 3. Luc. in Lexiph. κωμῳδίας annumerat hanc ἀβυρτάκην, itemque Plutarch. symp. 4.

A γάκμεν, ἀγάζομαι, vide in A'γάω.

A'ΓΑΘΟ'Σ, ῆ, ὁ, bonus, probus: ut ὁ ἀγαθὸς αὐλητὴς. & ἀγαθὴ γυνὴ. Plat. & Xenophon. Dicitur & de re, ut ἀγαθὸς οἶνος, ἀγαθὴ βυλή. ¶ Item fortis, strenuus. Il. ρ, Τὸν μὲν γὰρ πάντων βέλος ἄπλετον ὄφρα φέρῃσι, Η' κρατὸς ἢ ἀγαθοῦ. Et Thuc. lib. 2. εἰ δὲ ἀγαθοὶ πιθήσονται ἴσοις φρονήσασιν ἄθλοις ἀρετῆς. ¶ Item prudens. Apol. Hom. Il. τ, Μηδ' ἅτινος ἀγαθὸς ὡς ἐὰν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Eust. significare vel strenuum vel prudentem. ¶ A'γαθὰ πράγματα, res secundæ apud Thuc. lib. 3. In eadem significatione usurpatur & ἀγαθὰ sine substantivo, Xen. Sic ἀγαθῇ τύχῃ. Lat. quod faustũ felixq; sit. ¶ A'γαθὴ ἑλαία, Il. ψ, lautum & opiparum epulum. ¶ Item præstans, excellens, ut βοῦς ἀγαθὸς, apud Hom. Sic Xen. ἀγαθοὶ τὸ πολεμικόν. Et pro eodem, ἀγαθοὶ ὡς τὸ πόλεμον, apud Plut. Et ἀνὴρ ἐς πάσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, apud eundem. ¶ Item peritus vel aptus: ut ἀγαθὸς φαλιώτης, ἀγαθὸς τοξοτὴς, ἀγαθὸς συβδύτης. Et cum infin. ἀγαθὸς ἱππάσασθαι, Plut. peritus equitandi. ¶ Item utilis. Cum genit. Theophr. ἀγαθὸς τὰ ἱερῶν νόσον, utilis adversus comitialem morbum. Cum dat. ut Od. ρ Αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθῷ φάτο' ἐμμεναι ἀνδρὶ πτωχῷ. Et cum præpositione πρὸς: ut ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη. Theophr.

A'γαθὸν, ὄ, τὸ, (substantivè) bonũ: ut ἀγαθὸν ὁ χρόνος σὸν αὔξει πρόσφορον ἁμῷ. Cic. interpr. ipsum bonum crescendi accessionem nullam habet. Tradunt quidam ἀγαθὸν non præfixo articulo de quolibet bono usurpari: at τὸ ἀγαθὸν, vel τ' ἀγαθὸν de summo illo bono. ¶ Item commodum, emolumentum, utilitas: ut ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου. Xen. Pæd. 7. commodo Cyri. Item Pæd. 3. σὺν τῇ σῇ ἀγαθῷ, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ. cũ infin. Il. ω, - ἀγαθὸν ᾗ γυναικὶ ὡς σὺν φιλότητι Μίσγεσθ', utile est, juvat, confert. ¶ A'γαθὰ (plur.) opes, facultates, & cujusvis generis bona. Xen. πολλῶν ἢ ἀκμὴν πολλῶν ἀγαθῶν μεστήν. ¶ Pro beneficiis: ut ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα beneficia conferre in aliquem, apud Isocrat. & Luc. ¶ Pro virtutibus & dotibus. Isocr. de pace, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οἷς ἔχουσι, σὺν τῇ ψυχῇ, τούτοις κόσμεῖται καὶ τοῖς ὠφελείας ὧν δεήσονται, τυγχάνουσι.

☞ Fit ἀγαθὸς ex ἀγασσὸς (quod est verbale ex ἄγαμαι seu ἀγάζομαι) assumpto σ, & mutatione τ in θ, inquit Etymol. & Eust. Hic tamen ἄγαμαι hac voce includi tradit, atque ideo nullum nec comparat nec superl. habere. Irregulares autem cõparativi sunt ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, κρέσσων, λωίων χείρων. Et superl. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος.

A'γαθῶς, utiliter. Hippocr.

A'γαθότης, ητος, ἡ bonitas, probitas. Et pro θεότης (de Deo dictum) Greg. A'γαθοσύνη idem Rom. 15.

A'γαθὸς, ὄς, ὸν, probus: ἀγαθὴ, proba, rectè & cum virtute facta vel dicta. Suid.

A'γαθύνω, F. υνῶ, bonum efficio, beneficio afficio. Dionys. Areop.

A'γαθύνομαι, bene affectus sum. Nehem. cap. 2. & Dan. 6.

A'γαθίζομαι, bona dico. Aristoph. δεῖ τὰς ἑτέρας καὶ ἀγαθίζομθρὰς λαθεῖν.

A'γαθὶς, ίδος, ἡ, Hesychio fasciculus fili seu staminis colligati, glomus. unde ἀγαθῶν ἀγαθίδες, bonorũ glomi, apud Poll. proverbiũ de opibus extructis & affatim cumulatis: sumpta metaphora à glomere textorio, qd' ex plurimis filorũ convolutorũ gyris cõstat. Apud Suidam legitur etiã αὖτ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες: qd' proverbium esse dicit ἐπὶ τῶν σὺ παχόντων ἀνθ' ὧν δύνηρέτησεν ἕτερον. ac si ἀγαθίδες essent acervi seu cumuli bonorum. ¶ Significat ἀγαθὶς etiam τὸν σπερμοῖδα. Eust. Hesych.

A'νδραγαθία, ἡ strenuitas, fortitudo. Aristoph. in Pluto. Itẽ actio digna forti viro. quasi ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργον. Xen. & Plut. Item officium viri boni, probitas.

A'νδραγαθίζομαι, fortem virum me præsto. fortiter me gero. Et probum virum me præsto. Thuc. l. 3.

A'νδραγαθέω, ῶ, idem, & quidem frequentius. Plut. ὁ δ' ἐγκελευσάμενος αὐτοῖς ἀνδραγαθεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἠγωνίσατο. Et cum accus. apud eundem, καὶ πολλὰ μὲν ἀμφόρεις χώραις ἀνδραγαθήσειν ἐπώμνυε. Dicuntur viri ἀνδραγαθεῖν, ipsæ autem res ἀνδραγαθεῖσθαι, i. fortiter geri.

A'νδραγάθημα, τὸ facinus viro forti dignum, actio viri fortis, & res fortiter vel præclarè gesta.

A'νδραγαθητὴς, οῦ, qui facinora edit viro forti digna, virum fortem se præstans, fortiter se gerens.

Αὐθραγαθὴς, ipse per se bonus. Greg. Naz. de Deo.

Καγαθὸς, ut καλὸς κἀγαθὸς, i. καλὸς καὶ ἀγαθὸς, bonus, strenuus, honestus.

Καλὸς ἀγαθὸς (id est, καλὸς καὶ ἀγαθὸς,) probus, bonus, honestus, qui est absolutæ & consummatæ probitatis. Aristot.

Καλοκαγαθία, ἡ probitas, integritas & honestas. Xen. Apud Isocr. est καλοκαγαθίας τρόπων. morum honestas seu integritas.

Καλοκαγαθὸς, ὸν usurpatur pro καλοκάγαθος, apud Plut.

Μισαγαθία, ἡ odium bonorum, seu bonarum rerum.

Παναγαθὸς, omnino bonus, optimus, Plat. epist. 8.

Πατραγαθία, paterna strenuitas, patris aut patrum strenuitas & fortitudo. Plut. in Apoph.

Φιλαγαθὸς, amans bonorum.

A'φιλάγαθος, qui non est φιλάγαθος, Exponitur & benignitate carens.

Εὐπαιδευταγαθὸς, qui honestis delectatur studiis, & virtutem amplectitur, apud Strab.

Ἀγαῶ, ἀγαίω &c. vide in A'γάω.

A'ΓΑ'ΛΛΩ, F. ῶ, P. αλλα, orno, insignio, decoro. Plat. de leg. lib. 11. ὅταν ἀγαλλῃς ὑμεῖς. Aristoph. in Pace, καί σε θυσίαισιν ἀγαλλέμεν. ☞ Eust. ex ἀγάω deductum vult. Alibi verò scribit ἀγάλλομαι, dici quasi ὡς ἄγιον ἢ ἄγαν ἄχομαι.

A'γάλλομαι, ornor, insignior, decoror: sed usurpatur potiùs ut deponens, pro, exorno me Il. σ. - τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλετο. ✎ Item glorior: ut ἀγάλλομαι τούτῳ, vel ἐπὶ τούτῳ. glorior hac re, jacto hanc rem. Herod. Thuc. Xen. Et cum infin. apud eundem Xen. Hell. 6. ἀγαλλόμεθα βοηθήσειν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς. ¶ Item oblecto me re aliqua, gaudeo, exulto. Cum dat. rei Od. ε - νῆες ἀγαλλόμεναι διὸς οὔρῳ. Xen. εἰ γεραίτεροι ταῖς τῶν νεῶν ἁμαξαῖς ἀγάλλονται. Invenitur & cum accus. Epigr. lib. 3. Et cum infin. apud Non.

A'γάλμα, τὸ, ornamentum, oblectamẽtum. Hom. & Aeschyl. ¶ Item simulachrũ, statua, Herod. & Plat. Ponitur & pro imagine picta, inquit Suid. Apud Plat. ἀγάλματα Cicero formas interpr. Vsurpatur & metaph. ut ἀγάλματα ὀδύνης, Syn.

A'γαλμάτιον, ου, τὸ, statua parva, imaguncula. Luc.

A'γαλματόω, ῶ, in statuam verto. Licophr. in Alex.

A'γαλλιάω, ῶ, & ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, frequẽtia sunt apud Eccl. scriptores pro exulto, lætitia gestio, ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου Luc. 1. Luc. 10. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι. Idem Act. 16. ἠγαλλιᾶτο πανοικὶ πεπιστευκώς Et Apoc. 19. χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα. Et 1. Pet. 4. χαίρετε ἀγαλλιώμενοι. Greg. Naz. τέρπομαι καὶ χαίρω ἀγαλλιῶμαι.

A'γαλλίαμα, τὸ, & ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, Luc. 1. ἦν ἔσχε χαρὰ σὺν καὶ ἀγαλλίασις. Greg. Naz. ἀκλινῆ ὕμνῳ ἀγαλλίασιν καὶ σύφροσύνην ἀκοιτὶς θείαις.

A'γλαὸς, quomodo huc pertineat, vide suo loco.

Ἐπαγάλλομαι (compos.) pro ἀγάλλομαι, exulto Il. π. Μηδ' ἐπαγάλλεσθ' ὀλοῷ πολέμῳ καὶ δηϊοσύνῃ. Item superbio, efferor, μὴ ἐπαγάλλεσθ' ὑβριστὰς apud Basil.

Α'ΓΑΛΛΟΧΟΝ, lignum quoddam eſt, quod ex India atque Arabia deportatur, thuia ligno ſimile, odoratum, & guſtu adſtringens, ut inter alia tradit Dioſc. lib. 1. cap. 21.

Α'γαμαι, vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΝ, adverb. nimis, immodicè, ſuprà modum. ut ἄγαν λυπεῖσθαι, apud Plat. nimis mœrere. ¶ Ponitur & pro valde, vehementer. Xenoph. Pæd. 1. περὶ ἀφροδισίων ἁ μὲν ἐγκρατεῖς ἀγαθὸν ἁ δὲ ἀκρατεῖς κακὸν ἄγαν. ¶ Præfixo articulo induit formam nominis adjectivi, ut ὁ ἄγαν, nimius, immodicus, vel vehemens. Sic in fœmin. ἡ ἄγαν, & in neutro τὸ ἄγαν. Idemque accidit cæteris adverbiis. ☞ In compoſitione aliquando ν amittit, aliquando in aliam mutat: ut ἀγακλεὴς, ἀγάῤῥοος, &c.

Α'ΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, τῶ, F. τήσω, P. τηκα, doleo, i. doloris ſenſu afficior. Dioſc. lib. 5. cap. 76. ἀγανακτεῖν τὰς ὀδόντας ἐν τῇ γνάθῳ. ¶ Item indignor, ſtomachor, ægrè fero. Et conqueror, Iſocr. de Pace, ἀγανακτῶμεν εἰ μὴ τὴν αὐτὴν σπένδοις σπουδὴν ἐχόμεν. Sæpè etiã dicitur ἀγανακτεῖν ἐπί τινι. Et cum Præpoſit. ὑπὲρ aut περὶ, in caſu rem ſignificante. In caſu autem ſignificante perſonam, dicitur ἀγανακτεῖν τινι, & πρός τινα, & κατά τινος. ¶ Item gemo στένω, apud Plat. inquit Heſych. ☞ Sunt qui ex ἄγαν & ἄχθομαι compoſitum dicant. Ego ex ἄγαν & ἄγνυμι (frangor) cujus præteriti tertia perſona ἄγηται, derivari poſſe exiſtimo: doloribus enim frangi dicitur animus.

Α'γανακτησαίμην dicitur voce media pro ἀγανακτήσαιμι. Luc.

Α'γανάκτησις, εως, ἡ. dolor, doloris ſenſus. Plat. ¶ Item indignatio, ſtomachatio. Thuc.

Α'γανακτητός, ή, ό, unde ἀγανακτητὸν, indignè ferendum, querendum. Plat.

Α'γανακτικὸς, ἡ, ὸν, querulus, qui facilè queritur & ægrè fert caſus incommodos: Plat.

Compoſita.

Διαγανακτέω, ῶ, peregrè fero, indignor.

Ἐπαγανακτέω, ῶ, indignor ob.

Περιαγανακτέω, valde indignè fero Hippocr. ep. ad Demag.

Συναγανακτέω, ῶ, condoleo. B.

Συναγανάκτησις, condoleſcentia. apud Ariſtot.

Ὑπεραγανακτῶ, ſupra modũ indignor, vehementiùs ſtomachor vel cõqueror. Et ὑπεραγανακτῶ τέτε pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ τέτε.

Α'γαλέος, vide in Α''γω, i. frango.

Α'γανὸς, vide in Γαῦος. At ἄγαν ος in Α''γω, i. frango.

Α'γάομαι, vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΠΑ'Ω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, amo, diligo. De honeſto & inhoneſto amore uſurpatur. Xen. apomn. 1. τὰς πόρνας ἀγαπῶμεν μᾶλλον ἢ τὰς ἑταίρας. Dicitur aliquando ἀγαπῶ τῆτο αὐτὶ σπένδω, vel ἀγαπῶ τῆτο πρὸ σπένδω, præfero hoc illi. Et pro eodem ἀγαπῶ τῆτο πρὸ πλέονος τὸ σπένδω. Item ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα. Et cum infinit. ἀγαπῶ τῆτο ποιῆν. Ariſtot. Occon. 2. ἀγαπῶντες τέλειομα φέρειν. ¶ Item amicè & hilariter accipio, Od. ψ, Οὔνεκά σ' ἐς τὸ πρῶτον ἐπὴλ ἴδον, ὦδ' ἀγάπησα. ¶ Item oſculor, ut ait Euſt. ¶ Item ἀγαπᾶν, contentum eſſe, & pro, ſatis eſſe, ſufficere. Plut. in Public. ἀγαπᾶν τὴν δευτέραν τάξιν, ſecundo loco contentum eſſe. Et Thuc. lib. 6. τὸν ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν. Et cum dat. Luc. ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι. Sic ἀγαπῶ τοῖς δεδιπλωμένοις, acquieſco arbitrorum ſententiæ. In qua ſignific. ἀγαπῶ idem eſt cum ἀρέσκομαι. Et cum infinit. ἀγαπήσας λαβεῖν τοῦτο. apud Herodian. Et cum partic. Luc. ἀγαπῶ σωθὲν μιᾶ.

Α'γαπάομαι, ῶμαι, amor, diligor. Ariſtot. Rhet. 1. Nonnunquam de amore venereo: unde ἀγαπώμενος & ἀγαπωμένη pro, ἐρώμενος & ἐρωμένη, amaſius & amaſia, ſeu amica. Luc.

Α'γάπημα, τὸ, dilectio. Item res ſeu perſona quæ diligitur. Crates Philoſ. in quodam Epigram. χαῖρε θεὰ δεσποίν' αὐθρώπων ἀγαθῶν ἀγάπημα. (toria.

Α'γάπησις, ή, pro ἀγάπη. Plut. ἀγάπησις ἐρωτική, q. d. dilectio amatoria.

Α'γαπητικὸς, ή, όν, idem cum ἀγάπησις, Suid.

Α'γαπητὸς, ή, ὸ, dilectus, charus, vel amabilis, gratus, jucundus. Ariſt. Eth. lib. 9. cap. 12. τοῖς ἐρῶσι τὸ ὀρᾶν ἀγαπητόταται ἐσι. ¶ Exp. & unicus: ut Xen. πῶς ἀγαπητὸς, & παρθένος ἀγαπητή. Et Homer. ἀγαπητὸς ἡ ὸς: filius certè, qui unicus eſt, magis diligitur. ¶ Itẽ ἀγαπητόν ἐσι, cũ infin. boni cõſulendũ eſt. Ariſtot. Eth. l. 9. cap. 10. ἀγαπητὸν τὸ φίλους ὀλίγους σῴζειν. i. bene nobiſcum agi putandum eſt, ſi vel paucos inveniamus amicos.

Α'γαπητῶς, gratè, amabiliter. Plat. interdum cupidè & libenter. Dem. Item ſatis, ſufficienter. Herodian. δεῖ δὲ ἀγαπητῶς ἔχειν ἕκαστον τὰ αὑτὸ, oportet unumquemq; ſuis contentum eſſe.

Α'γαπητικὸς, vim diligendi habens, Heſych.

Α'γαπητέος, ε, ὸ, amandus. Plat. de Rep. lib. 2.

Α'γαπητέον, ſubaud. ἐσὶ interdum dicitur pro, acquieſcendum eſt, contentum eſſe oportet.

Α'γάπη ἡ, amor, dilectio, charitas. Plut. Item ἀγάπη, communia Chriſtianorum convivia, ſic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis cauſſa eſſent inſtituta. Iud. epiſt. vide Tertul. ¶ Item ἀγάπη, pro φιλημα. Euſtath.

Α'γαπάζω, apud poëtas pro ἀγαπῶ, amo. Muſæus, ἀγάπαζε μελίφρονα θεσμὸν ἑῆων. Item comiter & blande atq; hilariter aliquem excipio, benevolentiæ ſigna alicui exhibeo, amplector ſeu amplexor. Od. π. Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει. ¶ Eurip. in Phœn. uſurpavit pro procurare, ἐπιμελείας ἀξίων. νέκυν τοι παῖδὸς ἀγαπάζων ἐμὸς &c. cadaver condens ſeu procurans, exequias præbens.

Α'γαπάζομαι, idem cum ἀγαπάζω, Od. χ.

Compoſita.

Α'μφαγαπάω, deamo, valde amo, charifsimũ habeo. poëticum.

Α'μφαγαπάζω, idem, Α'μφαγαπάζομαι, voce media pro eodem

Περιαγαπάω, valde amo.

Ὑπεραγαπάω, idem quod ἀμφαγαπάω. Herodian. l. 1. ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος. utitur & Dem.

Α'ΓΑΡΙΚΟ'Ν, ῦ, τὸ, agaricum: radicis ſeu potiùs fungi arboris nomen apud medicos: de qua Dioſc. initio libri 3. & Plin. l. 52. cap. 9. Eſt & ἀγαρικὸν μέλαν, lethalem vim habens: de quo rurſum Dioſc. in præfatione libri 6.

Α'ΓΑΣΥΛΙΣ, frutex unà cum radice, unde Ammoniacum liquorem eliciunt, ut tradit Dioſc. lib. 3. cap. 98.

Α'γαυὸς, &c. vide in Α'γάω.

Α'ΓΑ'Ω, γῶ, F. ήσω, P. ηκα & (quod magis eſt in uſu) Α'γάομαι, ῶμαι, demiror, cum ſtupore miror, ſtupeo. Od. σ. Οὔτε τι θαυμάζειν τοσσύνδε, οὔτ' ἀγάασθαι. ¶ Item pro invideo vel μέμφομαι, teſte Euſtath. Od. ε. Οἵ τε θεοὶ ἀγάασθε καὶ οὐδρόσιν οὐνάζεσθε. ¶ Idem Euſt. ann. ſignificare etiam odiſſe, apud Hom.

Α''γη, ἡ, admiratio, ſtupor, obſtupefactio. Od. γ, ἄγη μ' ἔχει. Sic & Od. σ, ¶ Apud Tragicos honor, veneratio, Heſych.

Α'γητὸς, ή, ὸ, admirabilis item invidioſus. Suid. Heſ. Etym.

Α'γητὸς, ὴ ὸ, admirabilis, ſtuporem excitans. Il. ε, εἶδος ἀγητόν. Et Plut. in Pericle. χρήμασιν ἥσων ἀγητοί. Et

Α'γαὸς, ὴ, ὸ, (Aeolicè pro ἀγαὸς, à γάω ſecundum alios tamen à γαίω) admirabilis, præclarus, illuſtris, Heſ. Item venerandus, σεμνὸς Euſt. Il. γ. κήρυκες ἀγαοί. ¶ Ponitur pro ſuperbo & arrogante, apud Hom. ἀγαοὶ μνηςῆρες.

Α'γαύομαι, admiror. Opp. Hall. 4. Εἰδ' ἀγαυόμβροι πολυήρατοι. Α'γαυὸς, vide in Γαῦος.

Α'γάω, p γωμάζω, admiror, inquit Euſt. Idẽ alibi exp. σπληπτῶ, obſtupefacio, vel perterrefacio. ¶ Item exp. alibi & μέμφομαι. ſuccenſeo, indignor.

Α'γάομαι, uſitatius eſt quàm ἀγάω, & ſignificat etiam, admiror, inquit Etym. Od. υ, ἀγασόμβρε κακὸ ἔργα, exp. χαλεπαίνοντος, alii μεμφομόμβρε. ¶ Item ſuccenſeo, indignor, vel invideo. Cum dat. Heſiod. in Erg. Τῷ δή τοι Ζεὺς ἀγαίεται, ubi tamen exponitur etiam μέμφεται. item ὀργίζεται. Et cum accuſ. Plut. ἐδὲ ἀγάομαι θεῶν ἔργα, neque deorum operibus invideo. ¶ Item invideor, φθονᾶμαι, Suid.

Α'γαμαι, idem in proſa quod in carmine ἀγάομαι, vel ἀγάομαι, admiror. Conſtruitur cum accuſ. vel rei vel perſonæ. Dicitur enim ἄγαμαί σε τὸ φρόνημα, & ἄγαμαί σε τὸ φρονήματος, (ſubaudito adverbio σφόδρα) i. admiror tuam prudentiam, vel admiror te ob tuam prudentiam. Et cum genit. Plut. ἀγάμβροος τῆς παρρησίας. Sic & Dem. pro cor. πῶς γὰρ ἂν τις ἐμὲ ἀγάσαιτο τῶν αὐδρῶν σπένων τὴν ἀρετῆς; Vide & ἀγάζομαι infrá. ¶ Item laudo, probo, Plat. ἄγαμαί σε τὴν ἀπόκρισιν. ¶ Afferuntur & aliæ ſignificationes pro, indignor, invideo, reprehendo: quæ pertinent potiùs ad ἀγάζομαι, ex quo ſumit hoc verbum ſua tempora.

Α'γαμμένως, mirabiliter, mirificè, cum admiratione: ut ἀγαμμένως λέγειν. Ariſtot. Rhet. 3. Exp. & libenter.

Α'γάμενος, poëtico pleonaſmo dicitur, pro ἄγαμαι Od. σ, Οὔτε τι γωμάζειν τοσσύνδε, οὔτ' ἀγάασθαι.

Α'γάζομαι, ejusdẽ cũ præcedentib. ſignificationis & originis: à quo hæc tẽpora frequẽtia ſunt apud Poëtas (quædam & apud oratores) præt. imperf. ἠγαζόμβρην. fut. ἀγάσομαι. aor. 1. ἠγάσθην, aor. med. ἠγασάμβρην. Et part. ἀγασόμβρος, ἀγασθὲς, ἀγασάμβρος, & poëticè ἀγασσάμβρος. Significat igitur admiror, ſuſpicio. Variè conſtruitur. Cum accuſ. rei. Il. θ, Μῦθον ἀγασσάμβροι. Sic Iſoc. in Paneg. ἀγασθῆναι τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. Et cum dat. rei, Xen. Pæd. 6. ἀγασθὲς τοῖς λόγοις. Iungitur & perſonæ caſib. vel genitivo: Xen. ἄγασαί τε αὐτὸ καὶ ἐπιθυμεῖς φίλος, αὐτὸ εἶναι. Vel dat. Xen. apud Suid. ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τι φαῦλον pro, γωμάσω τινὰ inquit. vel accuſ. idque frequentiſsimè. Il. γ, τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο, φώνησέν τε. Sic Xen. Pæd. 7. ἀγασθὲς τὴν γυναῖκα. Interdũ jungitur caſibus rei & perſonæ ſimul. Xen. ἠγάσθην αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τος, vel ἠγάσθην τὸν πρᾶξαντα αὐτό. ¶ Item veneror. Anth. epig. l. χρυσαυγέι νῶ, Ὡς θέμις, ἡ πλήμων Γῆ σε ἠγασάμβρη. ¶ Item indignor, ſuccenſeo. Il. ν, ἔφασκε Ποσειδάων ἀγάσασθαι Ἡμῖν. Et cum acc. Od. β. ἀγασόμβροι κακὰ ἔργα ubi volunt quidam ſubaudiri ἐμέ. ¶ Item invideo. Il. ψ, ἀγασσάμβροι δὲ νίκην. Et cũ accuſ. rei. Od. δ. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρέπον ἀγάσσεται θεὸν αὐτός. Vide & ἀγάσμαι ſuprá.

Α'γασμα, ατος, τὸ veneratio, vel quæ veneramur, Suid. Heſ. Euſt.

Α'γασὸς, ή, σὸν, admirabilis, admiratione ſumm dignus. Xen. Hell. 2. σπένον δὲ κρίνω τὸ αὐδρὸς ἀγασόν. Apud Dem. εἶδος ἀγασὸν,

σὸν, vel ὑποπληκτικὸν, i. ſtuporem afferens: vel ἐπίφθονον, invidioſum, Euſtath.

Διαμερισμὸς, partitio, distributio. Item dissidium. Luc. 12.

Δίμερὴς, qui duabus partibus constat, bipartitus, duplex.

Δικμερῶς, bipartitò.

Ἐπιμε-

Ἐπιμερὴς ἀριθμὸς numerus ſuperparticularis. Heſych. vide ἐπιμόριος, in comp. ex μόριον.

Ἐπιμερίζω, impertior.

Ἑπτάμερης, qui eſt alterius partis, vel in alteram partem inclinans.

Ἡμιμερὴς, unde decomp. Ἐφθημιμερὴς, ut ἐφθημιμερῆ μέτρα, quæ ex tribus conſtat pedibus & ſyllaba, i. ex ſeptem ſemipedibus. Et ἐφθημιμερὴς cæſura in heroico verſu dicitur quum quarti pedis prima ſyllaba quæ brevis eſt producitur.

Πενθημιμερὴς, cæſura dicitur, quum quintus in verſu ſemipes ἄρσιν faciens contra naturam producitur. Et πενθημιμερὲς μέτρον, in quo ejuſmodi ſunt cæſuræ: ſeu quod duobus pedibus & parte conſtat, ut definit. Quintil. l. 9. c. 4.

Καθδημοσιεύσω, in populum diſtribuere.

Καθημοσιεύω partior, diſtribuo. Καθημοσίευσις, partitio, diviſſio.

Λεπτομερὴς, tenuibus partibus conſtans, tenuis, exilis. Ariſtot. l. 3. de cœlo.

Λεπτομέρεια, tenuitas partium ſeu exilitas. Gal. Item ſubtilitas.

Λεπτομερῶς, ſubtiliter, excutiendo ſingula quæq; licet minuta.

Μεγαλομερὴς, magnis partibus conſtans, qualis à philoſophis eſſe dicitur γῆ.

Μεγαλομερῶς, ex partibus magnis ſeu grandibus. Item *pro* lautè & ſplendidè: apud Polyb.

Μεγαλομέρεια, conſtare ex magnis partibus. Ariſtot. metaph. l. 11. Item magnitudo & potentia, ſeu amplitudo. Polyb. ſcribitur & μεγαλομερία.

Μικρομερὴς, parvis partibus conſtans ſeu minutis, aut tenuibus, Ariſtot. de cœlo.

Μικρομέρεια, tenuitas partium.

Μονομερὴς, unius partis.

Ὁμοιομερὴς, qui conſtat partib. inter ſe ſimilibus, quas quidam ſimilares partes vocant. Ariſt. de part. an. l. 2. & 3. de cœlo. Quidam ὁμοιομερῆ definierunt eſſe quorum totum nihil à parte differt: ut aqua, aurum, lapis, lignum.

Ὁμοιομέρεια, ſimilitudo partium, vel (ut alii) ſimilaritas partium.

Decomp. Ἀνομοιομερὴς, diſſimilibus partibus conſtans, quas quidam diſſimilares vocant.

Παχυμερὴς, craſſis partibus conſtans, craſſus. Ariſtot. Item metaph. craſſus.

Παχυμέρεια, craſſitudo partium. Gal.

Παχυμερῶς, craſsè: & metaph pro eo quod Lat. craſſa Minerva.

Παχυμερέστερον, craſſiore Minerva, craſsiùs, rudiùs. Gell. l. 14. c. 1.

Πενταμερὴς, quinq; partitus: i. in quinq; partes diviſus.

Πενταμερῶς, quinque partitò.

Πολυμερὴς, multis partibus conſtans: vel in multas partes diviſus. Ariſtot. & Plut. defect. orac. Item multifarius, varius.

Πολυμερῶς, multifariam, variè, in ep. ad Hebr. c. 1.

Πρωτόμορος, primus mortuus. Aeſchyl.

Συμμεριζόμαι, (q. d. compartior) unà partem accipio.

Συμμεριστὴς, particeps. Suid.

Τετραμερὴς, quadripartitus.

Τριμερὴς, tripartitus, triplex.

Τριμερίζω, in tres partes divido.

Ὑποδιαιρίζω, ſubdivido.

Ὑποδιαίρεσις, ſubdiviſio.

Compoſita ex μόρος, ac primùm retinentia ο.

Αἰνόμορος, ος, ὁ ἡ ἡ, infortunatus, infelix, qui gravi & crudeli fato premitur. Il. χ. & Od. ν. Exp. etiam, cui miſera ſors contigit.

Ἀλεξίμορος, depulſor mortis, auxilians adverſus mortem. Soph.

Ἄμορος, expers, infelix. Heſych. Ἄμορος, non particeps. Od. ν. Item infortunatus, calamitoſus. Heſych.

Ἀμορία, infortunium, fatum calamitoſum. Od. υ.

Δυσάμορος, (*dec.*) infelix, infortunatus, calamitoſus. Il. τ. & Apoll. Arg. l. 2.

Γηγενόμοροι, οἱ, coloni, propriè qui agrum inter ſe dividunt. Apud Apoll. Arg. lib. ult. γηγενόμοροι μύρμηκες: exp. οἱ περὶ τὴν γῆν κακοπαθοῦντες.

Γηγάμοροι, pro eod. Plato de leg. l. 8. Call. hym. in Iovem.

Δύσμορος, cui difficilis portio & fatum obtingit, infelix, calamitoſus. Iliad. χ. Oppian. de venat. l. 3. Luc. Exponitur etiam κακοθάνατος & δυσθάνατος, qui tetro mortis genere perit. Heſych.

Δυσμορία, miſeria, qua aliquis fatum difficile & inclemens experitur. Item mors infelix. in Epigr.

Ἔμμορος, particeps: oppoſitum τῷ ἄμμορος. Od. β. Ἔμμορον, Heſych. exp. ἀμοιρεμβόν, quod in fatis eſt.

Ἐμμορίδαι, eſſe dicuntur advenæ, coloni. Heſych.

Κάμμορος, infortunatus, cui malum & aſperum fatum eſt: pro κακόμορος, Od. λ. & β. Item κακοθάνατος. Eust. Κάμμορον, exp. acontium, videlicet κακῶν μόρῳ ἀναιρεῖν, inquit ſchol. Nicand. Sic & apud Dioſc. l. 4. c. 77.

Ὀψίμορος, ſerò moriens & lentè. Nonn.

Ὑπερμορον, & ὑπερμορος, pro ὑπερμόρον, ſive ὑπὲρ μοῖραν, contra quam in fatis erat. Il. α

Τελεσσίμορος, mortifer, funeſtus. Nonn.

Ὠκύμορος, qui ſubito fato abripitur, qui ſubito exitio perit: Od. δ & ε. Item ſubitam mortem afferens: Il. ο, & Od. χ.

Compoſita ex μόρος in quibus mutatur ο in ω.

Ἐγχεσίμωρος, in vibranda haſtâ exercitatus, bellicoſus, apud Hom. Il. β. & alibi. Sic dici volunt quaſi ὁ περὶ τὰ ἔγχεα μεμορημένος, i. e. πεπονημένος, mutato ο in ω. vide in comp. ab Ὠκύμορος & à Μωρός.

Ἰάμωρος, ος, ὁ ἡ, jaculator, bellator. Il. δ & ξ. Sic dicitur ὁ μόρος ἐμπεσὼν οὐ ἰοῖς, vel ὁ περὶ τὸς ἰοὺς μεμορημένος, id eſt, κακῶ πεφῶς ἔχων. Euſt.

Σινάμωρος, cui in fatis eſt nocere aliis, qui ad id natus eſt ut alios lædat & detrimento efficiat. Anacr. carm. l. 2. σινάμωροι Πολεμίζουσι θυρωροί, poſtiferi & exitiales janitores. Scribitur & σινάμορος, apud Herodot. in Terpſich. Exponitur, & πόρνιβος, ſcortationi deditus. Suid.

Σιναμωρία, ἡ, maleficentia, ſeu natura noxia & prava. Ariſt. eth. 7. c. 6. Scribitur & σινομωρία.

Σιναμωρίω, ῶ, damno ſeu detrimento afficio. deperdo, vaſto. Herodot. Σιναμωρεῖσθαι dicitur etiam mulier quę marem patitur. Ariſtoph. in Nub. Γυνὴ σιναμωρεμένη χαίρει.

Ὑλακόμωρος, ad latrandum fato quodam natus vel latrando ſe exercens & fatigans. Epithetum canum apud Hom. Od. ι.

Compoſita ex μόριον.

Γεωμόριον, ου, terræ portio, Heſych.

Δεκατημόριον, decima pars. Plat. de leg. l. 4.

Decomp. Ἑνδεκατημόριον, undecima pars.

Δωδεκατημόριον, duodecima pars. Plat. de leg.

Ἑκτημόριον, ſexta pars. ſextarius. Item ἑκτημόριον, apud Athen. οἱ παλαιοὶ, Poll. Ἑκτημόριοι dicuntur fuiſſe vocati ab Athenienſibus qui colebant agros, ſextam fructuum partem illis pendentes. Plut. in Sol. Scribitur & ἑκτήμοροι, quaſi per ſyncopen. Heſych.

Ἐπιμόριος, q. d. ſuperparticularis: ſic dicitur numerus, qui ad alium relatus ipſum ſemel continet, & aliquam præterea ejus partem, tertiam puta, vel quartam, aut deinceps: ut ternarius eſt ἐπιμόριος binarii. Ariſtot. in probl. vide & Philoponum.

Decomp. Ὑπεπιμόριος, numerus obvertaria ſerie reſpondens τῷ ἐπιμορίῳ, vulgò appellatur ſubſuperpartitularis.

Ἑπτημόριον, ſeptima pars.

Ἡμιμόριον, dimidiata pars. Poll. l. 6. c. 36.

Θεόμορια, Dei pars, h. e. primitiæ, vel caro quæ ſacerdotibus datur quum ſacrificatur. Heſych.

Θεομοριάζω, Deo munus offero. Idem.

Μυριοπημόριον, decies millena pars. Ariſtid.

Πεμπημόριον, quinta pars: apud Plat.

Πολυπημόριος, multeſimus, unicam ex multis partibus habens: unde accipitur etiam *pro*, minimus, Ariſtot. pol. 5. Luc. Τὸ πολυπημόριον, ſubſt. multeſima pars. Plut. in Themiſt.

Ποσημόριος, (q. d. quanteſimus.) Ποσημόριον; interrog quotæ partis.

Συμμορία, decuria apud Athenienſes. Demoſt. in Aphobum, & alibi. Exp. etiam, curia, item tribus, item munerum ſocietas.

Συμμορίτης, qui eſt ejuſdem decuriæ. Poll.

Τεταρτημόριον, quarta pars, quadrans Gal. περὶ κατὰ τόπους libro 3. Item oboli quarta pars. Dicitur & τεταρτημορὶς per ſyncopen. Poll.

Τριτημόριον, tertia pars cujuslibet rei, triens. Ariſtot. metaph. l. 4. Τριτημορὶς, tertia portio, i. una de tribus. Herodot. in Clione.

Compoſita ex μοῖρα.

Ἄμοιρος, ος, ὁ ἡ ἡ, expers, cui nulla portio obtigit, cui nihil ſorte obvenit. Plat. de leg. l. 9. ἀνώνυμον ἐᾶν ἢ ἄπαιδα ἢ ἄμοιρον κτήσεως. Et cum genit. Iſoc. in Evag. & Xen. Pæd. 7.

Ἀμοιρέω, exors & expers ſum, portio mihi nulla tribuitur, deſtituor, careo: ut ἀμοιρεῖν τῆς ἀληθείας. Hermog. Et ἀμοιρεῖν τῆς συμφορᾶς, calamitatis exortem eſſe. Phil. de vita M. l. 1.

Ἄμοιρμα, τὸ, nulla ſors, vel infortunium.

Ἄμμορος, expers. Item immortalis, lethali fato non obnoxius. Heſych.

Ἀμμορία, infortunium, calamitas: apud eundem.

Ἀπόμοιρος, ον, pars, portio, ſors, participatio. Greg.

Δωδεκάμοιρος, in duodecim partes diviſus. Epigr.

Διαμοιρόομαι, diſpertior, in partes dirimo, divido. Od. ξ, Καὶ τὰ μὲν ἐπτάχα πάντα διεμοιρώσατο δαΐζων.

Δίμοιρος, duas habens partes, beſſis. Plut in Tiberio. Δίμοιρον propriè ſignificat rei cujuslibet partes duas, ſed peculiariter de moneta dicebatur, pro triobolo, ſecundum quoſdam: quod hoc eſſet δίμοιρον drachmæ. Plat. in Axiocho.

Διμοιρία, duæ partes, duplum. Hen. Hell. 6. Luc. in Tim. Et in hæreditate, beſſes. Eſt etiam vocabulum militare, ſignificans ἡμιολίαν.

Διμοιρίτης, ου, ὁ, qui duplam portionem capit, vel cui dupla portio datur. Et διμοιρίται milites quib. duplex annona datur, aut duplex ſtipendium. Arrian. Item διμοιρίτης, qui διμοιρίᾳ præfectus eſt. Luc. Syneſ. de inſomn.

Decomp. Ἐπιδιμοιρος, bes alter.

Δύσμοιρος, cui difficilis ſors aut fatum obtingit, infelix, infortunatus. Item mala infeliciq; morte periens, ut δύσμορος.

Ἐπιμοιρέω, ſeu ἐπιμοιρόομαι, impertio ſeu impertior, partem tribuo, participem reddo. Phocyl. Γαῖαν ἐπιμοιρώσας ἀθερχθύτοις νεκύεσσι. Et cum genit. particeps fio, ſortior. Phil. de mun. μηδὲν μέρος ὑπολήμπτορος τῶν σωμάτων ὁ τοιοῦτος ἐπιμοιρήσεται, quæ ſepulturæ particeps fieret.

Εὐμοιρία, bona portio: vel bonam portionem ſortitum eſſe, felicitas. Phil. de vita M. l. 1. Herodian. l. 1. & 2.

Εὐμοίρως, bona & felici portione, ſeu fato bonam tribuente portionem, i. feliciter. Ioſeph.

Εὐμοιρῶ, unde εὐμοίρησεν, proſpera fortuna uſus eſt. Heſych.

Θεόμοιρος, divinitus ſortem adeptus.

Ἰσόμοιρος & ἰσήμοιρος, cui portio par & æqualis cum cæteris datur: vel qui parem portionem accipit. Xen. Pæd. 2. ἡ γὰρ τῶν ἀμφὶ τὸ στράτευμα ὑπηρέτας, ἰσομοίρους ἀεὶ παύτων ἐποίει. Soph. in Elect. γῆς ἰσομοίρου ἀπής.

Ἰσομοιρία, æqualis portio. Thuc. l. 7. Phil. de vita M. l. 3.

Ἰσομοιρέω, æquam portionem capio. Thuc. lib. 6. Iſoc. in Paneg. ἰσομοιρῆσαι τοῖς ἀλλήλοις.

Μεμψίμοιρος, q. d. qui de ſorte ſua queritur, qui ſortem ſuam incuſat. querulus. Iſoc. in Paneg.

Μεμψιμοιρέω, conqueror, ſeu crebris querimoniis ſortem meam incuſo. Phil. de vita M. l. 1. ἡ πάλιν ἤρξαντο μεμψιμοιρεῖν, iterum ſuas fortunas conqueri cœperunt. Item ſimpl. conqueror, ſeu queror, incuſo. Luc. τῆς Ἀρτέμιδος μεμψιμοιρήσης, &c. Item expoſtulo, ſuccenſeo. Demoſt. pro cor. ὃ μεμψιμοιρεῖ ὁ δῆμος ἐμοὶ οὐδὲν αὐτῷ.

Μεμψιμοιρία, conqueſtio, querela: vel querula ſuæ ſortis incuſatio.

Πεντάμοιρος, quintarius, quinq; habens partes.

Decomp. Ἐπιπεντάμοιρος, quintarius alter.

Πρόμοιρος, qui præmaturo fato obit, qui præmatura morte decedit: vel ante fatum accidens: apud Suid.

Τετραμοιρία, quadrupla portio, vel quarta pars: apud Xenoph. Hell. 6.

Τριμοιρία, tripla portio, dodrans. Xen. ibid.

ΜΕΙΩΝ, ονος, ὁ ἡ, minor. Comp. eſt irregularis nominis μικρός. Τὸ μεῖον, minus: ut μεῖον ἔχειν, minus habere, i. inferiore eſſe conditione, apud Xen. ¶ Item meon. herbæ genus apud Dioſc. l. 1. cap. 3.

Μειόω, ῶ, minuo, minorem reddo.

Μειοῦμαι, plerunque ſignif. inferiorem eſſe, deteriore eſſe conditione, quod & μειονεκτεῖν dicitur: ut οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν μεγάλα θυόντων, arbitrabatur ſuum ſacrificium non inferius eſſe quàm eorum qui magna feciſſent. Item paſſivè. Xen. μειοῦμαι τὴν διάνοιαν, mente minuor, in delirium vergo.

Μείωσις, imminutio, extenuatio. Μειωτικὸς, ὴ, ὸν, vim habens diminuendi ſeu imminuendi.

Μιλδάω, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

Compoſita.

Ἀμείωτος, ος, ὁ ἡ, non imminutus, ideoq; integer, vel de quo nihil poteſt diminui, qui minor fieri nequit.

Πόλεμος, & Ζημία, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

ΜΕΛΑΘΙΟΝ, ου, τὸ, domus. Il. β, Πείν με κρείσσονες βαλέειν Πηλεΐδαο μέλαθρον. ☞ Quidam hoc nomine propriè ſignificari volunt mediam tecti trabem, diciſque ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τῆς καπνιᾶς,

Compoſita.

Πολυμέλαθρος, ος, ὁ ἡ, multas habens ædes, ſeu multa atria Nonn.

Ὑψιμέλαθρος, altas habens ædes, ſeu excelſa habens atria: ut ὑψιμέλαθρον αὐλίον, apud Hom. hym. in Merc.

ΜΕΛΑΣ, αινα, ὁ, niger, ater: Fœmininum μέλαινα, nigra, atra, neut. μέλαν, nigrum, atrum. Comp. μελαίτερος, ſuperl. μελαίτατος. Il. γ, ἀεν' ἕτερον λάβωμεν, ἑτέρωθι μέλαιναν. Sic apud medicos μέλαινες χυμοὶ & μέλαιναι χολή. Apud Hom. μελανύων ὀδυνάων, & μέλαινας φρένας, accipitur pro profundis. ¶ Μέλαν, ανος, τὸ, etiam ſubſtantivè accipitur: ut τὸ μέλαν ὑπὸ ὀφρύων, nigrum oculi, i. nigra pars. ſic μέλαν τῆς δρυός, nigrum quercus, i. medulla. Ponitur etiam pro atramento, ſeu pigmento atro: ut τὸ μέλαν τρίβειν, Poll. Idipſum vocant & μέλαν ζωγραφικὸν, atramentum pictorium. Apud medicos μέλαν Ἰνδικὸν, atramentum Indicum. Apud Hippocr. μέλαν τὸ Κύπριον, Cyprius cinis. Galen. in lex.

Μελανότης, ητος, ἡ, nigredo, nigrities, nigror. Gal. ad Glauc.

Μελανία, ἡ, idem. Dioſc.

Μελανίζω, nigrico, nigrum imitor.

Μελαίνω, ſive μελάνω, nigrum reddo, denigro. Μελαίνομαι, interdum neut. nigreſco.

Μέλασμα, τὸ, nigror, nigredo. Pollux eſſe dicit nigrum pigmentum ſeu atrum quo coma denigratur.

Μελασμὸς, ὁ, q. d. denigratio.

Μελάνωσις, denigratio, macula. Greg.

Μελαντηρία, ἡ, melanteria: ſuccus quidam niger in metallis concreſcens: unde quidam atramentum metallicum nominarunt. Vide Dioſc. l. 5. c. 118.

Μελάνθιον, ſive μελάνθιος πόα, melanthium: herba de qua Theophr. hiſt. pl. l. 1. c. 22. & Dioſc. l. 3. c. 93.

Μέλανς, Aeolico pleonaſmo dicitur pro μέλας ut πόλανς pro πόλας, autore Etym.

Μελόγχαμος, idem quod μέλας, ut μελάγχαμοι πύλοι, Eur. in Phœ.

Κελαινὸς, ὴ, ὸν, ater, niger: ut κελαινὸν οἶδμα, ater cruor. Il. μ, & alibi apud Hom. κελαινὸν κῦμα, ater fluctus: κελαινὴ νὺξ, atra nox, apud eundem, & κελαινὸν ὕπνος apud Heſiod. in Aſp. Sic Sophoc. κελαναῖς ξίφεσι, atro cruore imbutis, ſeu cruentatis. Aliquando exp. horrendus, obſcurus: quia talia ſunt atra.

Κελαινότης, ητος, ἡ, nigredo.

Κελαινίαω, ῶ, nigrico, ſum niger. A' quo particip. κελαινιάων, nigricans: pro quo Ionες dicunt κελαινιόων, apud Hom.

Μέλαθρον, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

Compoſita.

Ἀμφιμέλαινα, utrinq; nigra: ſic dicuntur φρένες, Iliad. α, quòd ira tanquam fumo quodam denigrentur. At Il. ε, eaſdem ſic appellari ſcribit Euſt. Διὰ τὸ συβαθεῖ αὐτὰς θέσιν.

Ἀποκελαίνω, denigro, nigrum reddo, nigrefacio.

Διαμελαίνω, denigro, nigrefacio, nigro induco.

Ἐπιμέλας, nigricans. Ariſtot.

Ἐπιμελαίνομαι, niger reddor, nigreſco, vel in ſuperficie nigredine inficior.

Προμελαίνω, priùs nigrum reddo.

Προμελαίνομαι, prænigreſco. Nicand.

Ὑπομέλας, ſubniger, nigricans.

Ὑπομελανίζω, fio ſubniger, nigrico. Dioſc. lib. 5. cap. 85. (de pompholyge) ἡ μὲν γὰρ ὑπομελανίζει καὶ βαρυτέρα ἐστὶ καὶ τὸ πλῆθος, &c.

Ὑπομελαίνω, pro eodem, apud Pauſ.

Ὑψιμέλαινα, altè nigra: vel altè & nigræ, epithetum navium, Il. ο.

ΜΕΛΑΩ, liquefacio: ſeu macero, conſumo. Exponitur etiam, elixo, coquo. Propriè ſignific. membra exedo & conſumo. ☞ παρὰ τὸ μέλη ἐδέειν, inquit Etym.

Μέλδομαι, liquefio, &c. Item pro μέλδω, ut Iliad. φ, (de lebete) Κνίσῃ μελδόμενον.

ΜΕΛΕΑΓΡΙΔΕΣ, meleagrides: Africanarum gallinarum genus. Ariſtot. in hiſt. anim. Vide & Plin. lib. 10. c. 26. & Varr. l. 3. cap. 9.

ΜΕΛΕΔΑΙΝΩ, curo, ἐπιμελοῦμαι. Herodot. τὰς νοτίσους κατέλειπεν ἐν τῇσι Πύλῃσι μελεδαίνων τε καὶ τρέφων. Hippocrates pro. rhet. 2. ὡς τε μὴ πάμπολλα δεῖ ὀρέγεσθαι τὸν μελεδαίνοντα, eum qui curat. Item metaph. ſicut & Lat. curo. Theocr. Idyll. 10. ὃ μελεδαίνει τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεύοντα, non curat eum qui potum miniſtrat, i. e. non deſiderat. ☞ Etymon. vide in μιλέδημος.

Μελεδαίνομαι, curor. Hippoc. lib. de nat. infan. ἐν μὴ μελεδαίνηται ὑπὸ τύχης.

Μελέδημα, τὸ, cura, curioſa & anxia cogitatio. Il. ψ, Od. υ & ψ, (de ſomno) λύων μελεδήματα θυμοῦ. ☞ Dictum volunt παρὰ τὸ μέλη ἔδειν. Sic Latini curas dictas ajunt quaſi cor urentes.

Μελεδήμων, ονος, ὁ, curator, ſeu qui ſe exercet. in Epigr.

Μελέδη, ἡ, cura, curatio, θεραπεία. Hippoc. γυναικ. l. 1.

Μελεδών, όνος, ὁ, cura, idem quod μελέδημα. Heſiod. in Erg. Heſychio eſt etiam rex, curator, præfectus. qua ſignificatione dicitur & μελεδωνὸς, & μελεδωνὸς, teſte eodem. Apud Herodot. legitur fœm. gen. μελεδωνοὶ κατεδέδηκαν τῆς τροφῆς, curatrices ſeu procuratrices. Alioquì ponitur & maſc. gen. pro, curator, procurator.

Μελεδώνη, ἡ, idem quod μελεδών, cura. Hom. Od. τ. Heſiod. in Erg. Apud Hippoc. γυναικ. lib. 1. ἡ δύστη ποσὶς μελεδώνης, pro cura, curatione.

ΜΕΛΕΘΡΟΝ, ου, τὸ, pedica, funis quo ligantur artus. Oppian. in Cyneg.

ΜΕΛΕΙ, (imperf.) curæ eſt. Il. β, οἷς ὅ τι μέλει πολεμήια ἔργα. Sic Plato de leg. 8. ἑορτὴ μελήσει πᾶσι. Ariſtoph. in Plut. τῶν μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἥπιον μέλει. Dicitur & μέλει μοι ταδὶ τάδε, apud Iſoc. & Plat. Et μέλει μοι ὑπὲρ τούτου, apud Dem. Et cum infinit. ut apud Soph. νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεύσαι. partic. τὸ μέλον, quod curæ eſt. Plat. in Apoll. οἶδα μέλον γέ σοι, noſti tibi curæ eſſe. fut. μελήσει. Od. α, μοῦνος δ' οὐ θεσσι μελήσει. Pr. μεμέληκε, apud Xen. & per ſyncopen μέμηλε, apud poëtas: ut Il. β, & alibi. Et μεμηλὸς, curæ erat. Particip. μεμηλὼς, qui curæ eſt, cujus cura geritur, gratus. Interdum & qui curam gerit, qui curat: ut Il. ε, μέγα πᾶσι μεμηλώς. Sunt & qui μέμηλε medium præteritum eſſe volunt, ut βέβηλε pro βεβήληκε.

Μέλομαι, curam gero, curo: ut μέλομαι ἀγελείας, apud Apoll. Arg. 1. Sic in epigr. l. 4. μή τι μέλεσθε λύκῳ.

Μέλεται, etiam dicitur pro μέλει. Heſiod. in Theog. ἧσιν ἅπαντα μέλεται. Fut. μελήσεται tanquam à contracto. Iliad. α, ἐμοὶ δὲ κε τιῶν.

κε τοῦ μελήσεται. Et particip. μεμελημένος, qui curæ fuit, aut qui curæ est. Item activè, solicitus: unde adverb. μεμελημένως, solicitè, cura adhibita, elaboratè. apud Plat. in Protag.

Μέλημα, τό, cura. Theoc. Idyll. 14. Μέλησις & μελησμὸς, pro eod.

Μελέτωρ, qui curam gerit alicujus rei, cui negotium aliquod curæ est. Soph.

Μεμέλετται, per syncopen & pleonasmum τ β pro μεμέληται, curæ est Il. τ, μή φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχαιῶν, itidemq; μέμβλεθ pro μεμέληθ. Od. χ, φόνος δὲ οἱ οὐκ ἐν θυμῷ Μεμβλεθ Invenitur etiam μέμβλεσθε, apud Apoll. Arg. 2. tanquam à μέμβλημαι.

Μελέτη, ἡ, cura Hesiod. in Erg. μελετη δέ τοι ἔργων ὀφέλλει. ¶ Item in soluta oratione, meditatio, exercitatio, præmeditatio. apud Thuc. l. 2. & 5. Item industria apud Synes. Item declamatio: quòd sit exercitatio & velut præludium ad forensis orationis concertationem.

Μελετηρὸς, exercitatus.

Μελετάω, ῶ, curo, curam gero. Hesiod. in Erg. μελετᾶς βίς. In soluta oratione, meditor, exerceo. Thuc. l. 1. μελετήσομεν καὶ ἡμεῖς ἐν ὀλίγον χρόνῳ τὸ ναυτικόν. Et cum infinit. apud Plat. in Phæd. Interdum sine adjectione, me exerceo, apud Thuc. Hinc & μεμελημένως, qui se exercuit, exercitatus. Xen. Hell. 6. Item declamo. Plut. in Cic. & Erigr. l. 2.

Μελετάομαι, ῶμαι, exerceor: unde μεμελετημένα τέχνα, apud Xen. artes quarum peritia exercitatione comparata est: seu artes quibus animi excolti sunt.

Μελέτημα, τό, idem quod μελέτη, meditatio, exercitatio: apud Xenoph.

Μελετηλικὸς, ad meditationem aptus seu exercitationem: aut meditationis studiosus, meditationi deditus. Exponitur etiam, declamatorius.

Μελετητήριον, ου, τό, q.d meditatorium: locus meditationis seu exercitationis: apud Plut. Item instrumentum quo quis se exercet. Hesych.

Μέλι, Μῆλ Θ, Μῆλον quomodo huc pertineant, vide suis locis.

Compositæ: ac primùm ex μέλει, & μέλομαι.

Ἀμελὴς, ές Θ, ὁ καὶ ἡ, qui curam non gerit, negligentia utens circa quidpiam. Isoc. ὥσπερ ἀμελὴς καὶ κακὸν οἰκέτην ἐγκύβεθ. Et cum genit. apud Xen. Τὸ ἀμελὲς, quod negligitur, quod curæ non est.

Ἀμελῶς, negligenter, segniter, non adhibita cura & studio. Isoc. in Panath. Dicitur ἀμελῶς ἔχειν τινΘ, neglectui habere aliquem, & ἀμελῶς ἔχειν τοῦ τινα, vel τοῦ Ἀ. Xen. Pæd. 1.

Ἀμέλεια, ἡ, negligentia, incuria, neglectus. Xen. Pæd. 8. Demost. Olynth. 1. Dicitur & ἀμελείᾳ δόναι Ἀ, aliquid non curare; apud Eurip.

Ἀμελέω, ῶ, f. ήσω, curæ non habeo, negligo, contemno. Il. ε, Μενελάου ἐφημοσύνης ἀμέλησε, neglexit jussa Menelai. Isoc. in Busir. encom. τῶν κοινῶν τοσούτων ἀμελεῖν. Dicitur & ἀμελεῖν τοῦ Ἀ τινΘ, apud Demosth.

Ἀμέλημαι, negligor, neglectui habeor. Plat. in apol. ὁ δὲ ἀμελημένος ὑπὸ θεῶν τοῦτο τοῦτο πεφύκαμεν. Ἀμέλεται, impersonaliter, cura nulla est. unde ἠμέλητο, cura nulla fuit. Aesch. n. ἨμελημένΘ (part. cp.) neglectus, aut qui negligitur, ut ἠμελημένη ἐσθὴς, Xenoph.

Ἠμελημένως, non habita ulla cura, negligenter. interdum activam, interdum pass. significationem habere traditur.

ἈμελητέΘ, negligendus. Et ἀμελητέον, negligere oportet. apud Isoc. in Evag.

Ἀμεληὶ, idem quod ἀμελῶς.

Ἀμελησία, idem quod ἀμέλεια.

Ἄμελε, adverbium factum ex imperativi modi secunda persona, q.d. ne cures, ne sis solicitus. Quidam exp. atqui, certè, nimirum: apud Demosth. & Plat. in Phæd. Item etenim, quoniam, vel quandoquidem: apud Luc. & Gal. Capitur & pro itaque à Suid. & Hesych. Item pro, verbi gratia, non aliter atq; quomodo, utique, apud Luc. & alios.

Decomp. Ἀπαμελέω, ῶ, prorsus negligo. vel simpl. negligo.

Ἀπημέλημαι, ήσομαι, negligor. Ἀπεμελημένως, neglectim.

Ἐξαμελέω, ῶ, negligo, vel prorsus negligo.

Ἐξαμέλημαι, negligor: ut ἐξημέλητο τὰ θεῖα αὐτοῖς, Plutarch.

Ἐξημέληται, impersonaliter etiam sumitur, apud Aristot. eth. 10. cap. 9.

Καθαμελέω, ῶ, negligo, nullam curam gero: vel prorsus negligo, valde negligo. Soph. Κἂν ἐξεπράξου, ἐκατημέλησ' ἐμοῦ. Interdum negligi, i.e. neglectui habeo seu contemptui: unde pass. καθαρεληθῆσαι, apud Plut. Et καταμεληλημμΘ, neglectus, contemptus. Item vilis, apud Isoc.

Κατημεληλημμένως, cum neglectu. Quidam exp. neglectim, contemptim.

Παραμελέω, ῶ, q.d. subnegligo, subaspernor. Exponitur etiam simpl. negligo, aspernor. Thuc. l. 1. ὅτι αὐτῶν παρημελεῖτο ὄντες ἀποικοι. Plut. in Cam. παραμελοῦντες τῶν ἡδέων, res honestas contemnentes.

Παραμέλημαι, negligor, aspernor: unde παρημελῆσθαι, negligebantur, contemptui erant. Plut. in Thes. Παρημεληλημμένως, neglectim, contemptim.

Σύμελος, socors, iners: ap. Synes. Vide & in comp. à Μέλος, cătus.

Ἐπιμελὴς, ές Θ, ὁ καὶ ἡ, qui curam agit. Xen. ἐπιμελὴς τῶν φίλων ἦ, curæ habes amicos. Exponitur etiam, solicitus, diligens: apud eundem. Τὸ ἐπιμελές, interdum substantivè, pro diligentia. ut τῶν παίδων ἐπιμελὲς ἐστι τῇ συγκλήτῳ. Interdum (passiva signif.) quod curæ habetur, quod curæ est. Plat. epist. 7. ἐπιμελές ἐστι πολλοῖς. Et cum infinit. Dem & Aeschin.

Ἐπιμελῶς, cura adhibita, solicitè, diligenter. Dem. pro cor.

Ἐπιμελέστερον, diligentius: ἐπιμελέστατα, diligentissimé.

Ἐπιμέλεια, ἡ, cura, diligentia, studium: ut ἐπιμέλειαν ἔχω τούτων, curam horum habeo: ut ἐπιμέλειαί τινα ποιεῖσθαι φίλου Θ, apud Isoc. in Plataico. Dicitur & ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαί τινος, apud Demosth. &c. Exponitur etiam, curatio, procuratio. Item curatio muneris.

Ἐπιμελέομαι, ῆμαι, curo, curam gero, studeo, operam do Xen. Hell. 5. ἐπιμελεῖσθαι χωρίων. Plat. de leg. ἐπιμελεῖσθαι περὶ οἰκοδομικῆς. Et cum accus. Xen. Hell. 5. τί τε ἄλλα ἐπιμελεῖσθε. Dicitur & ἐπιμελεῖσθαί τινος ὅπως vel ὡς αὖ πραχθείη, dare operam ut negotium aliquod effectum reddatur, apud eundem Xen. Item exequutor sum testamenti. Laërt.

Ἐπιμέλομαι, idem. Xen. ἐπιμέλονται θηρῶν, curam gerunt venationis. Et ἐπιμελόμενοι τῶν πραγμάτων, Isoc.

Ἐπιμέλημα, negocium cujus curam gerimus, res quæ curæ est, Xen. in Oecon.

Ἐπιμελητὴς, οῦ, ὁ, curator, qui curam rei alicujus suscipit. Exponitur etiam, procurator. Xen. Pæd. 8. Et peculiariter, exequutor testamenti. Laërt.

Ἐπιμεληλικὸς, ή, όν, aptus ad curam gerendam alicujus negotii. Et pro, diligens & peritus curator. Xen. in Oecon.

Decomposita.

Ἀντεπιμελέομαι, ῆμαι, vicissim curam gero. Xen. Pæd. 5.

ἈνεπιμέλητΘ, qui curam non habet.

Προσεπιμελοῦμαι, insuper curam gero, insuper curo.

Συνεπιμελοῦμαι, simul curam gero, seu curo: vel unà cum alio curam gero, aut curo. Xen.

Μεταμέλει, (impersonale) pœnitet. Plat. in apol. ὅτε νεὼ μοι μεταμέλει ὅτου ἀπολογησαίμην. Isocr. μεταμέλειν ὧν εἰς ζῶντας ἐξήμαρτεν. Herodot. in Erat. καὶ τοῦ Ἀ ἐξαναι τὸ ἐξημάρτον μετέμελεν, pœnitebat eum sui facti.

Μεταμέλομαι, pœnitentia ducor. Thuc. l. 4. μετεμελεῖτο τὰς σπονδὰς καὶ ἐξήμαρτον. Sic apud Xen. Pæd. 4. Invenitur & μεταμελοῦμαι, apud Phalar. in epist.

ΜετάμελΘ, ος, ὁ, pœnitentia. Thuc. l. 7. Apud Plat. adjectivè sumitur.

Μεταμέλεια, pœnitentia. Exponi etiam potest, mutatio consilii. Aristot. eth. 3 Thuc. l. 3. Dicitur & λαμβάνειν μεταμελείας apud Thuc. & ποιεῖσθαι μεταμελείας πολλὰς, Isocr.

Μεταμεληλικὸς, pronus ad pœnitentiam. Aristot. eth. 7.

Μεταμεμβλεται, Hesych. μεταμελήσεται.

Decomp. ἈμεταμέλητΘ, cujus non pœnitet aut pœnitere non potest. 2 Cor. c. 11. Rom. c. 11.

Παντιμέλητος, epithetum quo Argo navis ornatur ab Hom. Od. μ. ut quæ omnibus heroibus curæ fuerit, vel omnibus poëtis & historicis, teste Eust.

Τιμελῶ, peculiariter significat, curam habeo seu gero in iis quæ ad cultum corporis seu comptum, aut ad humaniter tractandum aliquem pertinent. Plut. in Symp. sep. sap. ἡ δὲ παιδίσκη πόθεν Ἀνάχαρσιν ἔστω τιμελεῖ φιλοσόφως. Exponitur etiam curo, accuro, tracto. Eurip. in quadam epist. καὶ τοὺς ἄλλους φιλοφρονοῦμαι τιμελεῖν.

Τιμελὴς, exp. diligens, studiosus.

Τιμέλεια, cura, ornatus.

Decomp. Ἀτιμελῶ, non curo: abjicio. ἈτιμέλητΘ, incuratus, inornatus: neglectus. Aeschyl. in Prometh. Ἀτιμελήτως, idem cum Ἀτιμελῶς, incuriosè, negligenter: interdum & incultè, inscité.

Ἀτιμελὴς, idem quod ἀτιμέλητος. Plut. in Ant. Ἀτιμέλεια, negligentia, incuria. Dicitur & ἀτιμελία, apud Agathiam. Ἀτιμελῶς, negligenter, inornaté. Et pro eodem ἀτιμελέως, Ionicè & poëticé.

Compositæ ex μελετάω.

Ἀμελετησία, ἡ, q.d. inexercitatio, vel exercitationis carentia.

ἈμελέτητΘ, inexercitatus. Exponitur etiam, immeditatus, imperitus, indoctus. Luc. in som. cum genit.

Ἀμελετήτως, inexercitatè, absq; exercitatione.

Ἐπιμελετάω, meditor, exerceo. Plat. in Hipp. majore, ἵνα ὅτι μάλιστα μὲ ἐπιμελετήσῃς. Plut. ἐπιμεμελετήκει τὸν λόγον πρὸς τοὺς στρατιώτας ἑαυτῶν, meditatus fuerat orationem habere ad milites.

Ἐπιμελετάω, ῶ. exerceo in aliqua re. Et simpl. exerceo. Plat.

Ἐπιμελητήριον, τό, id in quo aliquis se exercet.

Καταμελετᾶν, meditari, exercere. Plat. de leg. & Demost. in Mid.

Προμελετάω, ῶ, præmeditor. Προμελέτησις, præmeditatio.

ΜΕΛΕΟΣ, ε, ὁ, vanus, inanis, stultus. Item infortunatus, infelix: hominis epitheton apud poetas. Hesiodus in Erg. Οὐκ ἐλλὸς μελέοισι πρὸς ἀνθρώπους ἀκαμάτοιο Θυηΐς αὐτρώποισι. Iliad. φ, μελεον δὲ οἱ οὔ χΘ ἔδωκας Νηπύτι, inihil efficiens. Μέλεον usurpatur

patur etiam adverbialiter pro ματαίως, incassum, otiosè & sine ullo effectu. Iliad. κ, ὐδέ τι σε χρὴ Ἐγχείμαχ μέλεον σιὼ τάδε χρέσιν. Il. π, μέλεον δ' ἠκόντισαν ἄμφω. Interdum poëtæ dicunt μέλε pro μέλλες, ut ἤλε pro ἤλεε. Aristoph. Ἀλλ' ὦ μέλ' ἐξήλιγκας, ὦ miser, seu, ὦ stulte.

Μελεπάω, &c. vide in Μέλε.

ΜΕΛΙ, ιτος, τό, mel. Il. λ, μέλι χλωρόν. Paus. in Attr. οὔτε κηρὸν, οὔτε μέλι ἐπ' αὐτῷ ποιήσῃς. Athen. l. 2, ἄρτος μὴ μέλιτος. De natura & usu mellis vide Dios. l. 2. c. 101. & Plin. l. 22. c. 24. Metaph. Alex. apud Athen. l. 13. Ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστι φωνὴ κενὸν μέλι. Eust. deducit παρὰ τὸ μέλω.

Μελιτεύεις, συτος, ὁ, melleus, mellitus. Metaph. μελιτεύεσα γαλήνη, placida & quasi melleam juncunditatem imitans. Ἀμελιτεύεσα, per contr. fit μελιτεῖσα, ut οἰνεῖτια ab οἶνος, teste Eust. qui ἐπὶ μελιτηέντων usurpari id vocabulum tradit. Aristoph. in Avib. Ἡ ἐφ' ὑμᾶς κλεῖς τις βᾶσ' (θύη) λάθρα νασὶν ὑμῖν μελιτεύτιας. Sic & apud Theoph. hist. pl. l. 9. cap. 9. Scribitur & μελιτεῖτις: apud Luc. in Lexiph. & alios.

Μελιτώδης, ες, ὁ ἡ ἡ, melleus, mellitus: idem quod μελιτεύεις: vel melleum saporem referens, mel sapore imitans. Luc. in vit. aut Plutarch. symp. 5.

Μελίτιον, scil. ποτὸν, potus melleus, seu mellitus, potus ex melle: mellina. Plut. symp. l. 4. Scribitur & μελίπον apud Hesych. At μελίδιον, favus. Suid.

Μελιτὸν, favus: vel mustum decoctum. Hesych.

Μελίπνος: mellus. Laërt.

Μελιτηρὸς, ὁ, melleus, mellitus, vel mellarius: ut μελιτηρὸν ἀγγεῖον, mellarium vas, Athen. l. 11. Μελοτήκιος χυλὸς, succus melligenus. Theophrast. hist. pl. l. 3. c. 8.

Μελιτήμερον, suave, mellea dulcedine præditum. Hesych.

Μελιτίτης, ου, ὁ, melitites: ut μελιτίτης οἶνος, vinum melitites, seu vinum ex musto & melle Dios. l. 5. c. 15.

Μελιτόω, ῶ, melle condio, melle misceo: unde pass. apud Thuc. l. 4. κηλυμβήτῃ ὕφυδροι, κηλωδίῳ ὡς ἀσκοῖς ἐφέλκοντες μήκωνα μεμελιτωμένην.

Μελίτωμα, τὸ, opus dulciarium ex melle, placenta mellita, Dios. l. 4. c. 64. Hom. in batrachom.

Μελιχρὸς, ὸν, ὁ, melleus, mellitus, mellea dulcedine præditus. Synes. ep. 164. Exponitur etiam qui est mellei coloris, apud Theocr. Idyl. 5.

Μελίας σῖτος, mel frugum, ut Gaza exponit, apud Theophr. hist. pl. l. 7. c. ult.

Μελίνη, ἡ, leguminis genus, simile milio, alio nomine panicum: de quo Dios. l. 2. c. 120. & Gal. l. 6. simpli. pharm. Plin. l. 22. c. 25. panicum à Diocle medico mel frugum appellatum esse scribit ad etymon alludente: hac enim voce μελίνη melleum quid significatur. Pro eodem dicitur & μέλιον, masc. gen. apud Theophrast. hist. pl. l. 8. c. 1. Μέλινον verò apiastrum est, teste Varrone l. 3. de re rust. c. 16.

Composita.

Ἀερόμελι, ιτος, τὸ, aërium mel. Quidam esse putant quod in Bibliis manna dicitur. Athen. l. 11.

Ἀπόμελι, Gal. comm. 2. in l. de fracturis suo tempore vocatum fuisse scribit quod Hippoc. vocavit ἐξύγλυκυ: esse autem cremorem & decoctum favorum aceto mixtorum. Dios. l. 6. cap. 17. ὑπόμελι, dici scribit aquam eam quæ elotis favis paratur & reponitur, & alio etiam nomine ὑδρόμελι appellari.

Δροσόμελι, roscidum mel. Theophr.

Ἐλαιόμελι, elæomeli, q. d. oleum melleum, quod in Syriæ maritimis ex quodam caudice manat. Vide Dios. l. 1. c. 37.

Θαλασσόμελι, potionis genus ex duabus aquæ marinæ partibus ad singulas mellis additis & vase conditis. Vide Dioscoridem l. 5. c. 20.

Μηλόμελι, genus potionis quod ex cotoneis malis & melle fit, de quo Dios. l. 5. c. 29. Idem alio nomine appellatur Κυδωνόμελι, teste Dios. ibid.

Οἰνόμελι, vinum mulsum: quod & simpliciter mulsum dicitur, i. e. vinum melle conditum: de quo Dioscor. l. 5. c. 16.

Ὀμφακόμελι, medicamentum ex uvis immaturis & melle: de quo Dios. l. 5. c. 31.

Ὀξύμελι, oxymeli, seu oxymel: potionis genus ex aceto, sale marino, melle, & aqua pluvia. Exponitur etiam, acetum mulsum. Vide Dios. l. 1. c. 22. Plin. l. 14. c. 7. & l. 23. c. 2. Gal. l. 4. de sanitat. tuenda & in consilio puero comitiali scripto.

Ῥοδόμελι, mel rosaceum, de quo vide Aet. l. 3. c. 74. Dios. l. 5. c. 35. Pallad. mensis Maii c. 16.

Ὑδρόμελι, aqua mellita seu aqua melle mista: quam Latini aquam mulsam appellant: de qua Dios. l. 5. c. 17. Plin. l. 22. cap. 24. & l. 14. c. 17.

ΜΕΛΙΑ, ας, ἡ, fraxinus: arbor apta conficiendis hastis. Il. ν, ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν μελίη ὡς cecidit ut fraxinus. Sæpius, pro fraxinea hasta. Il. υ, ἡ δ' ἀμφὶ Πηλιὰς ἤιξε μελίη. Sic & Il. χ, & alibi. Vide & Dioscor. l. 1. c. 109.

Μελίϊνος, fraxineus: ut μελίϊνον δόρυ, fraxinea hasta.

Composita.

Βεμέλιος, ου, ὁ, & βεμελία, ἡ, q. d. bubula fraxinus, fraxini quædam species est à Macedonibus sic appellata. Vide Theophr. de hist. pl. l. 3. c. 11. & l. 4. c. 9.

Εὐμελίας & Ionicè εὐμελίης, ου, ὁ, fraxini peritus, i. fraxineæ hastæ. Il. δ, & ε.

ΜΕΛΙΣΣΑ, sive μελίττα, ης, ἡ, apis. (ꝛ dicta à μέλι, cujus est opifex. Eustathius tamen scribit ita vocatam esse, quoniam μήλοις ἐφιζάνει, ut sit μέλισσα quasi μήλισσα, ex μῆλον & ἵζω. Alibi deducit à μέλω sicut & μέλι. (Od. ν, οὕτω δ' ἔπειθε πάντα θυμβώσασα μέλισσα. Ifocr. ad Demosth. πῶς μέλιτταν ἀφῶμεν ἐφ' ἁπαντᾶν ἡμῖν τὰ βλαστήματα καὶ διζάνουσαν, &c. Vide Aristot. hist. an. l. 9. cap 40. & Aelian.

Μελισσαῖος, cognomentum Iovis. Hesych.

Μελίσσιον, alveare. Hesych.

Μελισσοῦς, apiarius.

Μελισσὼν vel μελιττὼν, ῶνος, ὁ, apiarium, mellarium, locus in quo siti sunt alvei apum.

Μελιττώδης, ες, ὁ ἡ, ad apes accedens, qui de apum genere est: ut τὰ μελιττώδη τῶν ζώων, pro ipsis apibus. Exp. etiam, melleus.

Composita.

Ἀγριομελίσσα, apis agrestis seu sylvestris.

Εὐμελιττέω, ῶ, apes meæ bene mellificant.

ΜΕΛΛΩ, (F. μελλήσω, apud Thuc. l. 5. aor. 1. ἐμέλλησε, tanquam à verbo contracto) cum infinit. sæpe exp. sum. infinitivus autem exponitur participio futuri temporis: ut μέλλω πέμπειν, Thuc. sum missurus. Et cum fut. ut Synes. ἐμέλλομεν ἄρα πεῖσαι τὴν γαλήνην, futurum erat ut à ventis tranquillitatem desideraremus. Et cum aor. ut Il. ω, Μέσσῃ δ' ἐν πύματῳ ἐς φίλτερον ἄνδρα ὀλέσσαι. Cum inf. exponitur etiam, debeo, item paro: ut apud Dem. pro cor. τί ἐμέλλομεν κελεύσαι, ἢ τί συμβουλεύσαι αὐτῇ ποιεῖν; quid ipsam hortari, quid autor ipsi esse debui ut faceret? Thuc. l. 2. καὶ καθίσας τὸν στρατὸν ἐμέλλε δηώσειν τὴν γῆν, parabat vastare agrum. Apud eundem, μέλλω κινδυνεύσειν, quid animo habeo fortunam experiri. Et apud Eurip. μέλλεις κτανεῖν, destinas interficere. Particip. μέλλων, futurus: ut ὁ μέλλων χρόνος. Et οἱ μέλλοντες (subaudito infinit.) interdum pro designatis magistratibus. Huic particip. sæpe additur infinit. ἔσεσθαι: ut μελλήσεις μάχης ἔσεσθαι. Pro eodem dicitur & μελλήσειν, ut apud Xen. in Pæd. μελλήσειν τὰ παιδεῖα. ¶ Μέλλω, cunctor, moror, differo. Item cesso. Thuc. δὲ μελλήσαντι πημανεῖν. Demosth. Philip. 4. τί ἀναδυόμεθα, ἢ τί μέλλομεν.

Μέλλομαι, differor, seu tardè procedo. Thuc. l. 6.

Μέλλημα, τὸ, cunctatio, prolatatio, procrastinatio, mora, dilatio. Æschin. Μελλησμὸς pro eodem. Poll.

Μέλλησις, idem. Thuc. l. 1. Greg.

Μελλητὴς, οῦ, ὁ, cunctator, procrastinator. Item cessator. Aristot. ethic. 4.

Μελληδακὸς, qui natura est cunctabundus, & q. d. pronus ad cunctationem, seu procrastinationem. Poll.

Μελληδάω, ῶ, cunctari cupio. Hesych.

Composita quæ sequuntur, sunt ex μέλλω, i. cunctor.

Ἀμέλλητος, cunctatione carens seu procrastinatione, qui non differtur seu procrastinatur. Luc. in Nigr.

Ἀμελλητὶ, (q. d. incunctanter) sine cunctatione, sine procrastinatione, sine mora. Exponitur etiam, ἀσχέως.

Ἀντιμέλλω, vicissim cunctor, vel contrà cunctor.

Διαμέλλω, idem quod μέλλω. Naz. Διαμέλλω πρὸς τὴν ἡδυπάθειαν.

Διαμέλλησις, cunctatio, mora. Thuc. l. 5.

Διαμελλητὴς, cunctator, procrastinor.

Ἐπιμέλλω, cunctor.

Decomp. Ἀντεπιμέλλω, contrà cunctor aliqua in re, seu vicissim cunctor. Thuc. l. 3.

Καθυμέλλειν, cunctari, procrastinare. Polyb.

Μελίζω, μελικὸς, vide in μέλος.

Μέλομαι, vide in Μέλω.

ΜΕΛΟΣ, εος, τὸ, membrum. Odyss. ο & ω, μιὴ δ' ἤλασε ποιμὴν λαῶν. Odyss. λ, κατὰ δ' ἰδρὼς Ἔῤῥεεν ὐκ μελέων. Sic & alibi apud Hom. ¶ Item carmen, ut Lat. melos. Theoc. Idyll. 10. Καί τι νόημας φιλικὸν μέλος ἀμβάλλει. Herodian. l. 4 σιμνῷ μέλει καὶ ἡλικιώτιδι ἐῤῥυθμισμένως. Παρὰ μέλος, metaph. significat inconcinnè, apud Luc. in Eun. & Plat. Apud eundem & Aristot. exp. etiam dissentaneè, importunè, inepté. Τὰ μέλη, propriè quævis carmina: ut τὰ χρησθὰ τῶν μελῶν, Arist. polit. 8. Interdum dicuntur de carminibus Lyricis: ut apud Plut. Μύρλις ἡ Ἀνδρία ποιήσεως μελῶν. Tribuitur etiam μέλος ovibus & capris, apud Aristoph. in Pluto.

¶ *Derivata ex μέλω in priori significatione.*

Μεληδὸν, membratim, per membra. Athen. l. 4.

Μελεϊστὶ, idem. Il. ω.

Μελίζω, membratim concido, trunco.

Μελισμὸς, membrorum divisio. Suid.

Compo-

Composita.

A'ρμελής, έος, ὁ ἡ ή, qui membris eſt integris & abſolutis, nulla parte mutilus aut diſtortus. Plat. l. 7. de rep.

Διαμελίζω, idem quod μελίζω. Διαμελισμός, concifio in membra.

E'ὐμελος, Heſych. viribus carens, invalidus.

Zαμελής, Heſychio eſt, μίγα μέλος ἔχων.

Λυσιμελής, ſolvens membra, ſomni epithetum. Od. ψ. Alii tamen dictum putant ἀπὸ τοῦ λύειν τὰ μελεδήματα, ſeu τὰς μελεδῶνας.

O'λομελής, qui integris membris eſt, omnibus ſuis membris conſtans. Athen. l. 12.

Οὐλομελής, idem. Heſych. Οὐλομελία, omnium membrorum perfectio, integra & abſoluta natura cujusq; rei. Hippoc. οὐ τοῦ περὶ ἄρθρων.

Πηρομελής, qui mutilatus eſt membris, mutilus.

Τηξιμελής, membra liquefaciens, membris tabem inducens: in anthol. epigr.

Υ'γρομελής, habens membra ὑγρά, i.e. tenera & flexibilia, Xen. in Cyneg.

A'ρμαλιὰ & Πιμελή, quomodo huc pertineant, vide ſuis locis.

¶ *Derivata ex μέλος, ὁ, carmen.*

Μελικὸς, qui ſcribit Μέλη, lyricus.

Μελίζω, cano mele, modulor. Alex. Aphr. probl. 1. ἡ ψυχὴ μέλους ἀκούσασα παρὰ τῶν μελιζόντων. Pro eo Dores dicunt μελισδω: ut ap. Theoc. Idyl. 21. κὴ ὦ σύριγξ μελίσδω Κλὼ αὐλῶ λαλέω.

Μελίζομαι, & Doricè μελίσδομαι, idem. Moſch. in epith. Bionis, ἐγὼ δ' ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο. Dicitur & pinus ἀδὺ μελίσδουσα, dulce ſonare. Apud Theoc. Idyll. 1.

Μέλισμα, τὸ, canticum quod modulamur, carmen, cantilena. Theoc. Idyll. 14. & 21.

Μελισμάτιον, (dimin.) parvum canticum, cantiuncula. Epig. l. 2.

Μελύδριον, (dimin.) parvum melos, parvum carmen, cantiuncula. Theoc. Idyll. 7. & Bion. Smyrn. Idyll. 5.

Μῶσα, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

Composita.

A'νθμελίζω, contrà modulor, ſeu viciſſim modulando oecino. in Anth. epigr.

E'κμελὴς, qui eſt extra modulationem modulationi repugnans. Exponitur etiam abſonus, inconcinnus, diſcrepans: apud Ariſtid. Vide aliam ſignif. in comp. ex Μέλας.

E'μμελὴς, ές, ὁ ἡ ή, cui ineſt modulatio, modulationem habens, canorus. Exponitur &, harmonicus, modulatus. apud Plut. Et metaph. concinnus, ſcitus: ut ἐμμελὴς Γνάθαινα, ſcita, vel lepida, apud Athen. item aptus, conveniens Plut. in Demetr. πρὸς εὐφροσύνην κὴ χάριν ἐμμελέστατον, apriſſimus & accommodatiſſimus. Exponitur etiam, modeſtus, continens, temperatus, qui eſt concinnus, ſeu compoſitis moribus: apud Phalarch. & Syneſ.

E'μμελῶς, cum modulatione, canorè, harmonicè. Item, concinnè, aptè, eleganter. Item modeſtè. Plut. Pro eodem dicitur ἐμμελέως: apud Apoll. Rhod.

E'μμέλεια, modulatio, ſeu apta modulatio. Sic dicta fuit etiam quædam ſaltatio à concinnitate, ſeu à concinno ac decenti corporis motu, de qua Plato & Poll. Exponitur & generaliter, concinnitas, & elegantia.

Εὐμελὴς, cui bona modulatio ineſt, canorus.

Εὐμέλεια, apta modulatio, Plut.

H'δυμελὴς, ſuavem canorem habens. in Epigr.

Θηλυμελεῖς ἀηδόνες, fœmineum & molle modulantes melos luſciniæ, molliter canentes. in Epigr.

Κολλομελάω, carmina conglutino & concinno, concinnè & compositè coagmento.

Παμμελέσι ὕμνοις, hymnis ex omni carminum genere. l. 3. Macca.

Πλημμελὴς, qui eſt contra modulationis normam, inconcinnus, abſonus. Item immoderatus. Exponitur etiam inconditus, incompoſitus. Item vitioſus, culpabilis, mendoſus: Plat. de leg. l. 5. Ariſtot. & Phil. de mund. Compoſitum eſt ex particula πολὺ & μέλος.

Πλημμελῶς, immoderatè. Plat. in Tim. Expon. etiam, inconcinnè, inconditè, incompoſitè. Item perperam, malè: apud Strab. Item vitiosè, improbè. Gal.

Πλημμέλεια, ἡ, vitioſitas, improbitas, improbum factum, peccatum. Item erratum, error Plat. in Apol. Plut. in orac. Pyth.

Πλημμελέω, ῶ, incompoſitè me gero, vel inconcinnè. immoderatè me gero. Aut improbè me gero, delinquo, erratum admitto, Chryſoſt. εἰς ἡμᾶς ἐπλημμέλησας, in nos peccaſti. Xen. apom. l. 1. εἰ πεπλημμεληκότα. Ariſtot. de mundo. πλημμελοῦντες περὶ τὸν πολεῖσιν τῆς πυρὸς ἀπηλαγμένην ἐκάστην, aberrantes. Dicitur etiam de fluvio qui cum violenta inundatione ſecum rapit ſegetes & tuguria.

Πλημμελεῖται, id in quo peccatur, ſeu erratur, id quod perperam fit. Et πλημμελεῖς dicitur is, in quem peccatur, ſeu qui injuria afficitur.

Πλημμέλημα, τὸ, quod improbè geritur, peccatum, delictum, Plutarchus de educ. liber. Item quod pro peccato penditur. Num. c. 5.

Μέμβλομαι, vide in Μέλω. Μεμεισμένως, in Μέρω. Μεμιγμένως, in Μίγνυμι.

ME'MNONE Σ, aves ſunt ap. Aelian. & Oppian. in Ixeut. ¶ Heſych. μέμνων eſt etiam aſinus, & μεμνόνεια, aſininæ carnes.

ME'MΦOMAI, E. ψομαι, conqueror, expoſtulo. Interdum & accuſo. Ariſtoph. in Plut. τῇ λοξίᾳ Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι τούτῳ. Xen. in Oecon. μεμφθῆναί τινα πρὸς τὸς φίλους. Accipitur etiam pro, incuſo, vitio verto, reprehendo, vitupero. Gorg. Leont. in Helen. encomio. ἴσην δ' ἀμαρτίαν κὴ ἀμαθίαν μεμφθῆναί τε τὸν ἐπαινετὸν κὴ ἐπαινεῖν τὸν μεμπτόν. Plat. l. 2. de rep. ὀρθῶς ἔχει τὸ δικαίως μέμφεσθαι. Cum genit. apud Thuc. ὧν ἀδὲς ἐμέμψατο, quos nullus vituperavit.

Μεμφωλή, ἡ, queſtus, querimonia: ſeu ipſe actus conquerendi & incuſandi. Heſych. & Suid.

Μέμψις, εως, ἡ, queſtus, h. e. ipſa querendi & incuſandi actio, ſeu reprehenſio. Demoſth. Philip. 4. ἄξιον μέμψεως εἶναι κὴ κατηγορίας. Et μέμψιν μέμφεσθαί τινι, & μέμψιν ἐπιφέρειν τινὶ, idem quod μέμφεσθαι, Ariſtoph. in Plut. & in ran.

Μεμπτὸς, ὴ, ὁ, incuſandus, qui reprehenſionem meretur. Thuc. l. 2. & 7. Item activè, conquerens de, culpans, reprehendens. Sophoc. in Trach.

Μεμπτέον, culpandus, incuſandus, accuſandus.

Μομφὴ, ἡ, querela, querimonia. Plat. in epiſt. Aeſchyl. in ἐπῳδαῖς ἐπὶ Θησεῖ.

Composita.

A'μεμφὴς, ές, ὁ ἡ ή, idem cum ἄμεμπτος, quod ſequitur. in Epigr. & apud Nonn.

A'μεμφία, ἡ, nullæ querelæ, nulla culpa & reprehenſio. Aeſch. in ἐπτὰ ἐπὶ Θήβας.

A'μεμπτος, ὴ, ὁ ἡ ή, de quo conqueri nemo poteſt, irreprehenſus, inculpatus. Xen. in ſymp. οἶδα τινα ἄμεμπτον παρέχοντα. Et ἀμεμπτίᾳ φίλου, idem Pæd. 5. Item act. non querulus, minimè queribundus. Xen. Pæd. 8.

A'μέμπτως, ita ut conqueri nemo poſſit. inculpatè, ſine crimine. Herodian. l. 6. & 7. Et act. ſine querelis, ita ut nemo conqueratur, Herodian. l. 6.

A'μεμφόμαι, viciſſim queror & expoſtulo.

A'ποκατεμέμφομαι, accuſo, incuſo, ſuccenſeo. Plut. ἀποκατεμέμφοντο δ' ἐτέρων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς παραδόσεσι τῶν ὅρκων.

Διαμέμφομαι, valde conqueror, incuſo. Iſoc. in Nicocle, διαμέμφονται τὸς φιλοσόφους.

E'πιμέμφομαι, conqueror ſuper aliqua re, incuſo. Od. ω, Οὔτε κασιγνήτοις ἐπιμέμφομαι. Il. α, Ἀχαιὸς ἐπιμέμφεται, αἴθ' ἑκατόμβης. Item, reprehendo, vitupero. Dioſc. in præf. l. 8.

E'πιμεμφὴς, culpabilis, reprehenſionem meritus.

E'πιμεμπτὸς, pro eodem: ſeu culpandus, accuſabilis.

E'πιμεμψις, conqueſtio, reprehenſio.

Καταμέμφομαι, conqueror, accuſo, incuſo. Xen. Pæd. 4. ἐὰν καταμέμφηται ἑαυτὸν, Epigr. l. 2. δίνῃ καταμέμφεσθαι χερὶ. propriæ ſuccenſebat manui.

Κατάμεμψις, querimonia, criminatio, reprehenſio, ſeu incuſatio Thuc. l. 2.

Περιμεμφὴς, querulus, contentioſus. Arat.

MEA'Ω, canto, cantu celebro. Il. α, Μέλποντο, ἑορτὴν, Eurip.

Πολυμεμφὴς, querulus, qui multas effundit querelas, plenus querelarum. Nonn.

Φιλομεμφὴς, qui libenter conqueritur & expostulat, qui incusare & reprehendere amat. Plut. in symp. sep. sap.

ΜΕ῎Ν, quidem. Solet hanc particulam excipere δ', Xen. ἐγώ γε σε μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δ' ὄντ' ἐμοῦ ὀπισθεῖν. Varii sunt autem usus harum particularum. Interdum enim omnino adversativam orationem faciunt, interdum distributionem quandam indicant, aliquando copulandi vim habet. Exempla sunt passim obvia. Aliquando tamen particulæ μὲν non respondet aut subjicitur δὲ, nec alia particula ejus loco: ac tum μὲν locum particulæ δὴ aut alius huiusmodi obtinet, ut initio orationis pro corona. Interdum μὲν additur aliis etiam particulis: ut, μὲν γὰρ, idem quod γὰρ, enim. Od. σ. Thuc. l. 7.

Μὰ δῆ, quidem. Aristoph. in Plut. ἐ τοῦτο μὲν δὴ τοῦτο. Interdum exp. certè quidem, utique, item profectò, item verò.

Μὰ ἔγ', quidem, quidem certè. Exponitur etiam itaque. Item porrò quidem, sanè quidem. Μὰ ἔγ γε, (pro quo scribitur etiam μὰ ἔγωγε) imò verò. Μά πω, quidem, quidem certè, sanè, utique, nimirum. Interrogationi etiam adhibetur à Plat. pol. l. 1. Μά ῥα poëticè, pro μὰ, sequente δ', ut initio. Il. ϛ. Μά τι, vel μὰ τί conjunctim, varios usus habet, & variè redditur. Interdum exp. verùm, sed, tamen. Interdum exp. verò. Item porrò, rursus. Interdum o-natus causa ponitur, vel explendæ orationis gratia. Μὰ τ' ὦ (ex μὰ τί & αὖ) quidam exp. scil. nempe: aut quidem certè. Interdum μὰ, apud poëtas particula expletiva esse, ideoq; pro enclitica debere haberi videtur. Invenitur & præfixam habens particulam γε.

Μενὶ pro μὰ ponitur apud Aristoph. præcedente νεῦ.

ΜΕ῎ΝΔΗΣ, Aegyptiorum lingua hircus seu caper dicitur, & capripes deus Pan, quorum utrumq; sanctè colebant Panopoli.

Μενδήσιον ἔλαιον, sive μύρον: Mendesium oleum sive unguentum, dicitur quod in ea urbe fieri consuevit. Vide Diosc. l. 1. c. 73. & Paul. Aegin. l. 7. c. 18.

ΜΕ῎ΝΩΣ, ους, τὸ, animus, animi ardor quidam: seu impetus animi concitati, quo quis paratus est irruentem hostem excipere minimeq; ei cedere. Aristo. eth. 3. c. 11. μὰ & θυμὸς pro iisdem accipit. Sic & apud Hom. hæc duo sæpe copulantur: ut Il. λ & ο, ὥτρυνε μὰ καὶ θυμὸν ἐκάστου, & alibi, μὰ καὶ θυμὸν ἔγειρε, adeò ut μὰ esse videatur impetus quo quis ira percitus in adversarium fertur. Il. χ, (de Hectore) ἄσσον ἔχων μὰ καὶ ἰὰ ὑπερέχειν. Il. ϱ. Εἰ δὲ νῦν Τρῶεσσι μὰ πολυθαρσὴς ὑπάει Ἀτρεΐδαο. Il. π. μὰ ἐμβάλλειν θυμῷ, sic & apud Xen. πολεμίοις μὰ ἐμβαλεῖν, injicere seu immittere animum: & ἐμπνέειν μὰ, Od. ω, inspirare animum: & contra μινύθειν μὰ, Il. ο minuere animos. Dicitur etiam alicui ἐμπεσεῖν μὰ, accedere animus, apud Xen. Hell. 7, Accipitur μὰ etiam pro robore & viribus: ut Il. ο, Ἦ οὐ τοι ἐδὴ μίξει χερσίν τε μὰ τε. Il. ω, Ἰσα τε πόλλ' ἐπονήθη καὶ μὰ τε καὶ ἰή. Il. ι, τὸ δὲ μὰ ἐστὶ καὶ ἀλκή. Item vis, vehementia: ut Il. ψ, μὰ ἠελίοιο. Il. ϱ, πυρὸς μένος. Item ira ὀργὴ, θυμὸς: Il. α. Ἀτρεΐδη, σὺ δ' ποῖόν τιν' μὰ. Od. ω, ἀνὰ ῥίνας δ' οἱ ἤδη Δεκμὸν μὰ ἐστύψε.

μὰ derivatum esse grammatici tradunt.

Μενεαί-ω, cupio, animi impetu quodam concitor ἐπιθυμίᾳ. Il. υ, Ἐμεμεκὼς ἐπόρουσε κελαινεφέϊ μὰ. Il. ο. νῆας ἐνιπρῆσαι μενεαίνει. Sic & alibi apud Hom. Item iratus sum, ira percitus sum. Il. ω, Ὣς ὁ μὲν Ἕκτορα δῖον ἀέκητι ἐμᾷ μενεαίνων. Od. ζ, ἐπιζαφελῶς μενεαίνων Ἀτρείδῃ Ὀδυσῆι. Sic & Il. ο.

Μενοινὴ, ἡ, impetus seu cupiditas animi qua ad aliquid agendum fertur. Apoll. Arg. 1.

Μενοινάω, impetu quodam animi concitatus cupio, in animo habere facio. Soph. in Ajace, Τί ποτε μενοινᾷς; quid vult, quid cupit? Od β, νόῳ δ' οἱ ἄλλα μενοινᾷ aliud in animo habet vel agitat. Et cum infinit. Il. ν, πολέμοιο μενοινᾷ Ἀτρεΐδαιν. Sic. & Il. τ & κ, Pro eodem dicitur & μενοινάω, & μενοινέω. Il. ν & μ.

Composita.

Ἀλαλκομενὴς, ἐος, ἡ auxilians cum robore, & fortiter, ἡ ἀλάλκησε μετὰ μένος. Epitheton Minervæ apud Hom. Il. ε. Apud alios verò Lunonis etiam, teste Etymol.

Ἀμενής, ές, ὁ, ἡ, imbecillus, invalidus. Hesych.

Ἀμενηνὸς, ὸν, ὁ, Idem, Il. ε. Quum defunctorum manibus, somno & fumo tribuitur, exp. etiam, levis, evanidus. Od. κ & τ.

Ἀμενηνόω, imbecillum reddo, robore ac viribus privo. Il. ν, ἀμενηνώσειν δ' οἱ Ἀχιλῆϊ Κυδοιμόν τε Ποσειδάων.

Δυσμενὴς, cujus animus malè erga aliquem affectus est, malevolus, inimicus. Plerunq; accipitur pro hoste: ut Il. ε. Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἔλασε κῆρ ἀλεγεινήν. Xen. Hell. 6. δυσμενεῖς ὄντες ὑμῖν Θηβαῖοι. Gramm. δυσμενὴς proprie esse volunt eum qui adversus antea amicum inimicitias exercet & reconciliari potest.

Δυσμενῶς, animo malè erga aliquem affecto, inimicè: item, hostiliter. Isoc. in Archid.

Δυσμένεια, ἡ, animus malè erga aliquem affectus, odium, inimicitia. Interdum & hostilitas, aut animus hostiliter affectus. Isoc. ad Philip. Herodian. l. 7.

Δυσμενέω, animo erga aliquē malè affecto sum, malè volo, inimicor: aut etiam adversor. Demost. pro cor. δυσμενέων ἐπὶ κακοῖς ἀγαθοῖς.

Δυσμενέων pro δυσμενεόντων. Od. β, & alibi.

Εὐμενὴς, cujus animus bene erga aliquem effectus est, benevolus, amicus, benignus, clemens. Plut. de Herodot. Synes. Τὸ εὐμενὲς pro εὐμένεια. Demost. Philip. 1.

Εὐμενῶς, animo bene affecto, benevolè, amicè: aut etiam benignè. Isoc. in Evag. & in Paneg. Poeticè pro eodem dicitur εὐμενέως: apud Apoll. & Theoc. in Epigr.

Εὐμένεια, ἡ, animus bene affectus, benevolentia, clementia, placabilitas. Herodot.

Εὐμενέω, animo sum bene affecto, benevolus sum. Phocyl. Βέλτερον αὖτ' ἐχθρῷ τυχέειν φίλῳ εὐμενέοντι. Et cum dativo, apud Apoll. Arg. 2.

Εὐμενέτης, ου, ὁ, animo bene erga aliquem affecto, benevolus, amicus. Od. ζ.

Εὐμενίζω, benevolum reddo, placo: pro quo frequentiùs usurpatur, εὐμενίζομαι. Xen. Pæd. 3. κατὰ θυσίαις καὶ ἱερεῖα Ἀθηναίᾳ οἰκήσεως εὐμενίζεσθαι.

Εὐμενίδες, dicuntur furiæ, κατ' εὐφημισμὸν & αὐτοφασεί, quum sint immites, teste Servio & Eust.

Decomp. Ἐξευμενίζω, pro εὐμενίζω: apud Basil.

Προσμενὴς, (comp. ex πρὸς & εὐμενὴς) benevolus: benignus, mitis, placidus. Προσμένεια, benevolus & propensus animus, benevolentia. Eurip. de Orest.

Χαλεπὸς, vehemens, impetuosus, validus: vel admodum vehemens. Apoll. Arg. 1. Item valde iratus. Item pro δυσμενὴς: apud Soph. in Ajace.

Χαλέπαινω, iratus, sum, vel valde iratus sum. Exponitur etiam magna vi ago, vires intendo: apud Hesiod. in Theog.

Περιαλεμενὴς, (decomp.) vehementer. Hom.

Γερόμενος, apud Hesych. exp. σεσωφρονισμένος πρὸς τὰ μένη κεκραμένος.

Ὑπερμενὴς, viribus prævalidus aut præpotens, viribus cæteros præcellens. Item nimium violentus. Il. β.

Ὑπερμένω, viribus præpolleo, viribus alios antecello & supero. Odyss. τ.

Ὑπερμενὴς, idem quod ὑπερμενὴς: Hom. hym. in Mart.

Ἀμενὸς, Δεκμενὸς, Σκυδμαίνω, quomodo huc pertineant, vide suis locis.

ΜΕ῎ΝΩ, F. νῶ, maneo, permaneo, constanter maneo. Plat. ep. 10. μένε σὺ τοῖς ἤθεσιν οἷς κ' μένῃς. Herodian. l. 2. μένοντες ἐπὶ τῇ σφετέρᾳ οἰκείᾳ δυνάμει. Isoc. de pace, μένειν ἐπὶ τάξεως ἠθέλησε. Herodian. l. 7. μέχρις οἰκείων ἔμενεν ἡ συμφορὰ. ea calamitas extra ipsius familiam non egrediebatur. Dicuntur etiam μένειν res quæ immotæ & fixæ manent: ut Herodian. l. 7. ἑδὲ τραπέσθαι ἔχουσι σιωπῇ κ' μένουσα. Aristot. eth. 9. c. 6. πᾶσι θνητοῖς μὲν μένει τὸ βελτίστου, ἐ μεταῤῥεῖ ὥσπερ ὄψεως. ¶ Ἰτέ maneo, i. expecto. Il. τ, Δαιτὸς δ' ἐς ἠέλιον μένειν ἐ τλήσομαι ἔμπης. Thuc. l. 4. δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἐπέσχον, τὴν Ἀθηναίων μένοντες. In bello quoq; μένειν πνὰ dicitur qui in statione & loco suo manens eum expectat, sustinet & excipit irruentem. Il. γ, Οὐκ ἂν δὴ μείνειας ἀρηΐφιλον Μενέλαον. Xen. Pæd. 3. οὐκέτι ἰδιώτας μένειν, ἀλλὰ στρατιώτας ἔφυγον. Herodian. l. 2. ὀλίγοι τε σφῶν πολλοὺς ἐ ἀνόητοι σφᾶς ὑπολισθάνοντας, οὐκ ἔμενον, minimè aufi resistere. Dicitur etiam, μένειν τι δίκην, in epist. Phalar. ut apud Tibul. te pœna manet. ¶ Præteritum medium μέμονα significat apud poëtas cupio, volo: ut Od. ο, Καὶ γὰρ πολλὸν ἄριστος ἀνὴρ μεμονώς τε μάλιστα Μητέρ' ἐμὴν γαμέειν. Exponitur etiam, cogito, in animo habeo.

Μονετὸς, ὸν, ὁ, qui manere potest aut solet. Thuc. l. 1. τῷ δὲ πολέμῳ οἱ καιροὶ ἐ μονετοί, moram non patiuntur. Apud Aristoph. in avibus, μενετοὶ θεοὶ dicuntur qui nec fallunt nec falluntur: vel qui non statim injurias puniunt.

Μονὴ, ἡ, mansio, Polyb. l. 4. μονὴ καὶ στάσις. Apud Plut. oppon μονὴ τῇ βίᾳ, & ἐξαγωγὴ, mansio in vita & excessus è vita. Accipitur etiam in malam partem, pro desidia & mora, apud Thuc. l. 1.

Μόνιμος, ος, ὁ ἡ, constanter manens, stabilis, immobilis: ut μόνιμα ζῶα, qui stabili sede degunt, apud Aristot. hist. an. l. 4. Et μόνιμοι milites qui in stationib. suis permanent. Xen. Pæd. 8. Et βάρος μόνιμον, constans gravitas, Plut. in Pericle.

Προπάροιθε, five προπάροιθεν, idem quod πάροιθε five πάροιθεν, antè. Odyſſ. ρ, Εἰ δ' ἐθέλοις, ἐπίμειον ἐγὼ δ' ἔμοι προπάροιθε, ego eo præ, ſeu anteo, præeo. Heſiod. in Theog. προπάροιθε φυλάσσει, ante cuſtodit, ab anteriore parte, in fronte. Conſtruitur & cum genit. Il. υ, Αὐτὸς δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν. Heſiod. in Erg. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. Comparationi etiam ſervit: ut Od. λ, σέο δ' Ἀχιλλεῦ Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακαρτάτου οὔτ' ἄρ ὀπίσσω, præ te nemo beatior, ſeu ante te. Significat etiam, ante oculos, in conſpectu. Od. δ' Οὐδ' ἄ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν Χαλκῷ δηιώσκον, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶτο. Dicitur & Πρόπαρ, per apocopen. Heſiod. in Theog. πρόπαρ Ἐπιτελλόντων λιγυφώνων.

Π Α'ΡΩΟΣ, five παρωὸς aut παρῶος dicitur color quidam medius inter cinereum & rufum: ut παρῶαι ἵπποι, apud Ariſtot. hiſt. anim. lib. 9.

Π Α'Σ, αντὸς, ὁ. (F. πᾶσα Neut. πᾶν) omnis Theogn. Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδαμημένος οὔτε ἐπεῖν Οὔτ' ἔργῳ δύναται. Ariſtoph. πᾶς ἀνὴρ σιώπα. Iliad. Θ, Κέκλυτε μεῦ πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι. Luc. in vita auc. ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς. Item quivis, quilibet. Et Demoſth. pro cor. ὧν πᾶσιν μᾶλλον αὐτὸς δίκαιός ἢ ἐμέ. In Mid. πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο λεκτέον. Dicitur & τὸ παντὸς τιμᾶσθαι, plurimi facere. apud Syneſ. Et pro eodem, πρὸ παντὸς ποιεῖσθαι apud Thuc. l. 2. ¶ Item totus univerſus, Il. ο. πᾶς δὲ (ὁ λόφος) χαμάζε. Κάππεσε σὺν κορυθί. Soph. in Ajace, λύπη πᾶς ἐλήλαται καρδίᾳ. Thuc. l. 6. παντὶ ἤδη τῷ στρατεύματι. Gregor. πόθος ἥλιον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην φερόμενος. Interdum ei præfigitur ὅλος, in hac ſignif. ut apud Polyb. πρὸς δὲ τοῖς ἐπὶ τὸν Πόλεμαῖον παρασκευαῖς ὅλος ἦν πᾶς ὢν. Τὸ πᾶν, vel πᾶν, ſumma rerum: unde δηλόσαι πρὸ τοῦ παντὸς, apud Thuc. lib. 1. Philoſophis autem τὸ πᾶν dicitur univerſitas: quam Cicero nunc totum & omnia nunc mundum appellat: ut apud Plut. τὸν μὲν ἓν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς δύσευρον εἶναι ἔργον, καὶ εὑρόντα ἀδύνατον λέγειν. Sic & apud Plut. adverſus Color. ¶ Nonnunquam τὸ πᾶν, adverbialiter ponitur pro τὸ παντᾶν, omni ex parte, omnino: ut apud Plat. in Apol. τότε δὲ πᾶν τὸ μέλαν. Sic Xen. pæd. 1. τὸ πᾶν ἀμφέρει εἰ παντὶ ἔργῳ προθυμία ἀθυμίας. Item perpetuò, ſemper: ut apud Luc. εἰ κρατεῖ τὸ πᾶν βιοῦν με. Sic & πάντα uſurpatur pro πάντως, modis omnibus: ut apud Athen. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ μεγαλοπρεπέστατος βασιλέως Ἀδριανὸς. Et Gregor. πάντ' ἐμοὶ σεβασμία. Interdum tamen ſubauditur præpoſit. κατὰ: ut Od. μ. ἦ ῥα πάντα νοήμονες ἠδὲ δίκαιοι. Sic & apud Herodian. & Syneſ. ¶ Πᾶς dicitur etiam pro πάντως, teſte Euſtath.

Πάντη, omnino, prorſus, penitus. Ariſtot. l. 1. de gener. & corrup. Plat. in Phileb.

Πάντως, & παντῶς, Doricè, omnino, omnibus modis, prorſus. Plut. de Ageſilao, Νικίαν, ὃ μὴ σὺν ἀδικεῖ, ἀφὲς ἃ δὲ ἀδικεῖ. ἡμεῖν ἄρες πάντως δὲ ἄφες. Ariſtot. metaphyſ. l. 9 ὃ γὰρ πάντως τῷ αὐθρώπῳ μέρος ἡ χεὶρ, non enim omnibus modis hominis pars manus eſt, i. ſimpliciter. Item ad ſummũ: ut apud Gal. ad Glauc. l. 1. οὗρα τῶν τοιούτων πάντως γε τῇ τετάρτῃ φέρει τι σημεῖον πέψεως, ad ſummum, vel ut plurimum quarta die Præcedente negatione exponitur, continuò, *habente eam conſequentiæ ſignificationem, vel neceſſitatis.* Ariſtot. probl. ſect. 10. ὅσα δὲ ἄγρια, ἃ πάντως ἥμερα, quæcunque animantia agreſta ſunt, non continuò etiam ſunt manſueta: vel, non neceſſe eſt eſſe.

Παντόσε, quoquoverſum, in omnem partem. Hom. Iliad. μ, & alibi.

Παντόσιος, varius. Eurip. in Iph. Aul. Lucian. in ſomn.

Παντόθεν, undique, undiquaque. Odyſſ. ξ.

Πανταχῇ, ubique, oppoſ. τῇ μηδαμῇ. Item quoquo modo. Plat.

Παντάχε, idem quod πανταχῇ. Dem. Φαίνεται παντάχε κρατεῖν μᾶλλον. & cum gen. παντάχε γῆς, ubiq; terrarum, apud Chryſoſt. Exponitur &, quovis, ſeu quemcunq; in locum, apud Dem. Phil. 1.

Παντάσε & παντᾷσι, in omnes partes, quovis, quoquo verſus, ut παντάσε τὸ σῶμα, apud Alex. Aphr. in præfat. lib. 1. problem.

Παντόθεν, undique ex omnibus partibus. Herodian. lib. 1. πρὶν τι παντόθεν ζῶα ἠθροίζετο αὐτῷ.

Παντοῖος, α, ον, omnigenus, omnimodus: item varius, multiplex, Il. γ, Gregor Luc. &c.

Παντοίως, omnibus modis. Herodian. lib. 4.

Πάνυ, omnino, prorſus. Ariſtoph. in Nub. πάνυ φημὶ δίκλω, omnino nego. Sic & apud Thuc. & Herodian. in reſponſione & conceſſione jungitur particulis μᾶλ, γε & οὖν: ut apud Plat. & Xenoph. Item valde, admodum, magnopere. Plat. in Phædr. πάνυ μακρὸν ποιησάμενος σύγγραμμα, valde longum. Sic apud Ariſtoph. in Plut. & Plutar. πρὸς δυσκολίας. ¶ Exponitur &, fermè, apud Dem. & Ariſtot.

Πάγχυ (poët.) omnino, penitus. Il. τ. Od. ο, & alibi, Ἐπιπάγχυ, (*comp.*) idem. Heſiod. in Erg.

Compoſita.

Ἀνάπας, αντος, univerſus omnis.

Ἅπας, univerſus, totus. Fœm. ἅπασα, n. ἅπαν. Hom. Τῶν δ' ἄπαν ἐπλήσθη πεδίον, univerſus campus. Et apud eundem ἅπας ἐνιαυτὸς, totus ſeu integer annus. Sic & apud Aeſch. in Cteſiph. ¶ Item omnis. Od. ξ, τὸν ἄριστον ἁπάντων, & ἁπάντων ἀναγκαιότατοι, apud Iſocr. Dicitur & ἅπας τις: quilibet, quivis. ¶ Exponitur &, ſummus extremus, apud Plat. in epiſt. ἐς ὑπερβολὴν ἐλθεῖν τῶν ἄπασων, in ſummam vel extremam adduci anguſtiam.

Ἁπανταχῇ, vel ἁπανταχοῦ, ubique, quaqua verſum, paſſim: ut ἁπανταχοῦ δὲ βωμοὺς ἱδρύσας.

Ἁπανταχόθε, ubique, ubivis, in omni loco. Luc.

Ἁπανταχόθεν, undique, undevis omni ex parte.

Ἁπανταχόσε, in omnem partẽ, quoquo verſum. Plut. in Camill.

Ἁπαντῆ, undique, undiquaque.

Decomp. Ἁπαξάπας, ſemel omnis. Ariſtoph. in Plut. & Luc.

Διάπαντος, ſemper, perpetua ſerie. Xen.

Εἰσάπαν, omnino, prorſus. Phil.

Καθάπαν, omnino, in univerſum.

Σὺνάπας, idem quod ξύμπας.

Διαμπᾶξ, in totum, in univerſum. Heſych. & Suid. Exponitur & utrinque, apud Luc.

Διαπαντὸς, per omnia, jugiter. Lucæ 24. & Hebr. 2.

Ἐκπαντὸς, in totum, omnino, prorſus.

Ἔμπαν, omnino tamen. Heſych.

Ἐπιπαν, in totum, in univerſum, omnino. Theoph. de cauſ. pl. l. 2. Item plerunque, ut plurimum, ferè. Polyb. & Ariſtot.

Πάμπαν, omnino. Il. α, φ, & ς.

Παραπᾶν, in univerſum, genere toto, apud Plat. Exponitur &, omnino, prorſus apud Ariſtoph. in Plut. & Polyb.

Περάπας, univerſus, totus: ut περάπας φύλας, apud Soph. & νῆάς τε περάπασας, apud Hom. Il. β.

Σύμπας, univerſus, totus. Thuc. l. 2. Iſocr. Dem. & Ariſtot.

Π Α'ΣΣΑΛΟΣ, & Atticè πάτταλος, ου, ὁ, clavus ligneus. paxillus (πήσσω, figo, pango, defigo, depango. Euſt.) Od. φ, ἀπὸ παασάλης οἴνου τόξον. Syneſ. epiſt. 45. εἰ πάτταλοι πατάλοις ἐκκρέοντες, paxilli paxillis excutiuntur. Poëticè παασαλόφιν dicitur pro παασάλοις. Il. ω. Od. ϑ, & alibi.

Παασάλιον, ου, τὸ, & παασαλίσκος, ου, ὁ, ſive πατάλιον & πατταλίσκος, claviculus ligneus, paxillus, ut παιδία ἀμφὶ πατταλίοις, apud Poll. lib. 9.

Πατταλίαι ἔλαφοι quorum cornua παασάλοις ſpeciem referunt. Ariſt. hiſt. anim. l. 9 c. 5.

Παασαλόω, ſeu πατταλόω, ῶ, ῶσω, palum figo, vel palo figo, palo affigo. Eurip. in Rheſo, Θεοῖσιν αὐτὰ παασάλους πρὸς δόμοις.

Πάασσος, ακκος, ὁ diminut. idem quod παασαλίον. Ariſtoph. in Acharn.

Παασάκιον, τὸ, idem apud Heſych.

Παασακίζω, palo figo, vel palo affigo.

Παασάκις, palus. Heſych.

Compoſita.

Διαπαπαλόω, ſeu διαπασαλόω, diſtendo clavis ab extrema parte fixis. Plut. in Artox. Ariſtoph. in Equit.

Προδιαπασαλόω, πρὸς σανίδα (*decomp.*) tabulæ trajecto paxillo affigo.

Προσπασαλεύω, ſive προσπατταλεύω, paxillis appingo ſeu affigo. Ariſtoph. in Plut.

Προσπασαλεύομαι, paxillo affigor: unde Ἀνδρομέδα προσπατταλευομένη, palo alligata apud Luc.

Π Α'Σ Ω, vel πάσσω, inſpergo, vel cõſpergo: ut Il. ι, πάσατε δ' ἁλὸς θείοιο, ſalem inſpergebat. Et ῥόδοις πάσσειν, roſis conſpergere, apud Ariſtoph. in Plut. Item ſuperinjicio: ut apud Hom. ἦπιον φάρμακα πάσσειν. ¶ Item variego, variè diſtinguo. Euſt.

Πασσὸς, σσὸν, ὁ, conſperſus. Schol. Ariſtoph. & Athen. ¶ Item thalamus, apud Luc. unde cõmp. προπάσσος, locus ante thalamum.

Πάσσας, άδος, ἡ, thalamus (à ſecunda ſignificatione verbi πάσσω.) Eurip. in Oreſte & apud Chryſoſt. Exponitur &, porticus: apud Plut. in vita Galbæ, & alibi. Item atrium in quo habebantur conciones, apud eundem in Lycurgo.

Πάστη, ἡ, juſculum farina mixtũ, ſeu conſperſum. Poll. ex Ariſtop.

Compoſita.

Ἀκρόπασσος, ὁ, ἡ, ὄν, per ſumma cõſperſus. Sopater apud Athen. l. 3.

Ἁλίπασσος, ſale conſperſus, ut ἁλίπασσοι κρεῶν apud Euſt. ¶ Item mari, ſeu aqua marina aſperſus in anthol. Epigr.

Διαπάσσω, vel διαπάττω, conſpergo. Gal. ad Glauc. Item inſpergo ſeu ſpargo. Herodot.

Διαπάτ-

Διαπάπτομαι, inſpergor: unde Ἀλφιτοπομφὴγῆ, terra quæ inſpergitur, & Ἀλφιτοπασμῷ μέλανι, nigris maculis reſperſus.

Διάπασμα, τὸ, medicamentum quod corpori ſiccum inſpergitur, q.d. aſpergimentum. Dioſc. lib. 1. Sic etiam dicitur quod potui inſperſum ſeu inditum bibitur, apud Gal.

Ἐμπάσσω, ſeu ἐμπάπτω, inſpergo. Gal. ad Glauc. l. 2. & Nicand. in Alexip. ¶ Metaphoricè, intexo: quia quæ intexuntur, velut inſperguntur. Il. γ, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους. Sic & Il. χ.

Decomp. Παρεμπάσσω, præter alia inſpergo. Dioſc.

Προσεμπάσσω, præterea inſpergo.

Συνεμπάσσω, ſimul inſpergo.

Ἐπιπάσσω, vel ἐπιπάπτω q. d. ſuperſpargo, inſpergo. Theocr. idyll. 2. ἀλλ' ἐπίπασσε θέσιλι δηλαίᾳ. Et apud Theophr. ἐπιπάπτω ἐπ' ὄξῳ, aceto aſpergo. Apud eundem ἐπιπάσσοντες γάλα exp. lacte macerantes.

Ἐπιπάσσομαι, inſpergor. Herodian l. 1. Apud Dioſco. ἐπιπασθῆσαι ῥίζαι, exp. radix in paſtillos conformata

Ἐπίπαστος, qui inſpergitur, qui inſpergendo adhibetur. Τὰ ἐπίπαστα peculiariter dicuntur farinæ pulmentariis ex leguminibus inſperſæ. Heſych. & Euſtath. Sic φάρμακα dicuntur ἐπίπαστα, quibus corpora noſtra in utendo conſperguntur. Theocr. idyll. 11.

Καταπάσσω, ſive καθαπάπτω, conſpergo. Alex in probl. τὸν δρυῖνον θεῖον καθαπάσσειν, quercum ſulphure conſpergere. Et apud Ariſtoph. in Nub. καὶ τραπέζης τέφραν καταπάσσειν.

Κατάπασμα, τὸ, id quo corpus conſpergitur. Gal. in lib. τῶν καθ' ἕτος, & Aegin. l. 7. c. 13.

Καπάπαστος, qui aſpergitur: ut καπάπαστα φάρμακα, medicamenta quibus utimur ea inſpergentes. Item metaph. plenus & refertus, apud Ariſtoph. in equ. Exponitur &, variegatus. Euſt.

Παρεμπάσσω, inſpergo. Plut. de primo frig.

Περιπάσσω, ſeu περιπάπτω, circumquaque ſpargo, perſpergo.

Προσπάσσω, inſpergo. Galen.

Συμπάσσω, conſpergo.

Συμπάσματα, τὰ, ea quibus corpus conſpergitur. Cælius Aurel. chron. l. 3. c. & 7.

Ὑποπάσσω, ſuberin ſpergo. (pud Plut.

Ὑπόπαστον, quod ſub inſperſum eſt. Exponitur &, ſtratum, a-

Χρυσόπαστος, auro ſparſus, ſeu auro diſtinctus & variegatus Plut. in Anton. καταπεπαστὸ ὑπὸ σκιάδι χρυσοπάστῳ. Luc. ἀπαδυσάμενον τὸν χρυσόπαστον ἐσθῆτα.

Π Α Σ Χ Ω, (aor. 2. ἔπαθον, tanquam à πήθω. F. πήσομαι, tanquam à πήθομαι, & mutato η in α, πάσομαι. Præt. med. πέπαθα. Atticè pro πέπηθα) patior. Il. υ, τίη νῦ οὕτω αἰαίτιον ἄλγεα πάσχω Μαψ οὐκ ἀλοητῆιον ἀχέων: Il. γ, Οὕς ἔθεν εἵλεν ἔπαθον ὑπ' Ἀργείων καὶ Τρώων. Odyſſ. κ, ἐπεὶ μάλα πολλὰ πέπαθε: poeticè pro πεπάθατε. Iſocr. in Paneg. οὐδὲν γὰρ ὅτι τῶν τοιούτων ἄξιος ἐμοὶ μὴ πάσχειν. Demoſth. pro cor. εἶτ' ἐλαιοπώλων, καὶ ὑβριζομένων καὶ τί καὶ ἄν οὐ παθόντων. Xen. Hellen. 2. πάσεσθαι νομίζοντες οἷα ἐποίησαν. ¶ In certis quibuſdam loquendi generibus certas expoſitiones habet. Κακῶς πάσχω ſeu κακῶν πάσχω, malo aut incommodo afficior, mœrorem percipio. Odyſſ. ω. & apud Ariſtoph. in Pluto. Pro quo ſimpliciter πάσχειν dicitur: ut apud Heſiod. in Erg. παθὼν δὲ τε νήπιος ἔγνω, damno ſeu malo affectus. Οἰ πάσχων, ægrotus, apud Hippocr. Εὖ πάσχειν, commodo affici vel commodum accipere: ſeu beneficio affici, beneficium accipere. Ariſtot. in eth. ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν οὗ τὸ ποιήσαντος. Dem. ὅταν τὸν οὖν πάσχειν δέῃ, τὸν βελόμενον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσομεν Pro eodem dicitur ἀγαθὸν πάσχειν, apud Lyſ. ¶ Πάσχω de animo dictum, interdum etiam exp. afficior: ut apud Plut. Τοῦτο παθὼν πρὸς ἐκεῖνον. Et Plat. in Gorg. ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τὸν φιλόσοφον τοῦτον. Sic apud Demoſth. & Syneſ. ¶ Πάσχω τοῦτο, hoc mihi accidit, Iſocr. ὃ καὶ πάσχουσιν οἱ πολλοί. Plato polit. l. 1. ἐὰν γὰρ τοῦτο αἴτιον κακὸν ἐᾷ τὰ αὐτὰ τοῦτα ἐπιπόνθειν. Sic & apud Thuc. & Plut. ¶ Item facio, ago: Luc. in Necyomant. τί γὰρ αὖ καὶ πάθοι τις ὁ τετρακαιδεκάφιλος αὐτὴ βιάζοιτο Sic & apud Galen. ubi tamen ſunt qui exp. quomodo quis affectus eſſe queat, ſeu quem affectum quis poſſit inducere. ¶ Sumitur & in obſcena ſignificat. ut apud Dem. pro cor. Ἔμπροσθεν ἅπαντες ἴσασι καλυμμένων τὰ παύτα ποιεῖν καὶ πάσχειν. Sic & apud Aeſch. in Cteſ.

Πάθημα, τὸ, quod quis paſſus eſt ſeu patitur, quod accidit cuipiam, caſus Expon. & paſſio, apud Thuc. l. 1. & 4. & Plut. περὶ δυσωπ Item afflictio: ſæpe apud Paul. in ep. Item morbus, tum corporis, tum animi. Galen. ad Glauc. & in Axiocho. Apud Plat. βίαια παθήματα exp. vehementior motus. Item affectus, affectio. in ep. ad Galat. c. 5. & apud Xen. ¶ Παθήματα τῆς ψυχῆς dicuntur notiones & conceptus animi, quos dum in ſe recipit, aliquid pati videtur: apud Ariſtot. l. περὶ ἑρμην. c. 1.

Πάθημα, exp. & cædes, apud Plat. de leg. l. 9.

Παθητὸς, ἡ, ὁ, qui patipoteſt, paſſioni ſeu patiendi neceſſitati obnoxius. Ariſtot. Plut.

Παθητικὸς, ἡ ὁ, idem. Et τὸ παθητικὸν, quod afficitur & affici poteſt. Ariſtot. de gen. & cor. Παθητικὸς λόγος ſeu παθητικὴ λέξις, cui inſunt πάθη, i. oratio in qua fervent concitati affectus, ſeu qua perturbantur animi & concitantur. Παθητικαὶ ποιότητες dicuntur qualitates, non quòd patiantur aliquid, ſed quòd paſſionem ſenſibus afferant, ſeu quòd ſenſus afficiant. Ariſtot. in prædic. qualit. Παθητικὸν ῥῆμα, paſſivum verbum apud Grammat.

Παθητικῶς λέγειν: uti oratione perturbante animos & concitante. Ariſtot. Item. παθητικῶς, paſſivè, paſſiva voce. Euſt.

Πάθος, εος, τὸ, idem quod πάθημα, quod quis patitur ſeu paſſus eſt, caſus. Plato in Phœdro. Demoſth. pro Cteſiph. Item cædes: apud Plat. de leg. lib. 9. Item morbus, affectio corporis infirma, apud Galenum. ¶ Item morbus animi, perturbatio: averſa à recta ratione contra naturam, animi commotio, ut Cic. ex Zenone definit. Exponitur & ægritudo, affectio. ¶ Item morbus, i. mollities: in ep. ad Coloſſ. c. 3. ¶ Item affectus concitatus, apud Rhetores: ut Ariſtot. ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λίγε ἐνθύμημα, quum affectum concitaveris. ¶ Πάθη ab Ariſtot. rhet. 1. dicuntur quæcunque alicui rei adſunt extra tamen ipſius eſſentiam. ¶ Dicitur & fœm. geo. πάθη, calamitas, caſus, clades. Herodot. in Clione, πυθεσθαι πᾶσιν τὴν ἑωυτοῦ πάθην. Sic & apud Soph. in Ajace. Exponitur etiam, κάκωσις, apud Plat. in Phileb. Item cædes apud eundem de leg. l. 9.

Παθαίνομαι, afficior vehementer & concitor, ita quidem ut affectus qui πάθη dicuntur commoveam. Luc. ὑπερφυῶς ἐπαθήνατο. Item afficior morbis animi. Syneſ. ἔστι δὲ ἀπαισία δυνάμεως ὁμιλοῦντα τοῖς χείροσι μὴ μὲν ἐπὶ τῆς φύσεως, & μηδὲν πρόπαν παθαίνεσθαι.

Παχητιάω, cupio πάχειν, i. cupio marem pati muliebria appeto: *de pathicis & cynædis adver æ Venetis l. b dine prurientibus*: apud Ariſtoph. Athen. & X phil. in Heliog. (in Gallo.

Παχηλασμὸς, ὁ, ipſa appetitio coitus illius nefandi. Luc.

Πεῖσις, εως, ἡ (à futuro πάσομαι) affectus, læſio. Alex. Aphr. problem. lib. 1. Ἁπλῶς γὰρ γίνεται τῶν νεύρων τῆς γλώττης πεῖσις. Aliam ſignif. vide in derivat. ex Πείθω.

Πεῖθος, Πῆμα, quomodo huc pertineat, vide ſuis locis.

Compoſita: ac primùm ex πάσχω.

Ἀντιπάσχω, idem quod ἀντιπαθῶ: de quo in ſequēti ordine compoſitorum. Dioſc. lib. 6. ἀντιπάσχουσι δὲ πολλάκις αἱ ἰδιοσυγκρίσεις σωμάτων & αἱ περιλήψεις. Exponitur &, adverſor, *ſcilicet per antipathiam*. Idem l. 3. c. 70. ἀντιπάσχειν τῇς δυσκρίσιος. ¶ Item viciſſim beneficio afficior, gratia mihi rependitur: ut δίκαιον ἐστὶ τὸν εὖ ποιήσαντας ἀντιπάσχειν. Hinc apud Ariſtoph. polit. 2, ἀντιπάσχοντες, τὸ ἴσον σῴζει τὰς πόλεις, exp. æquale repenſum, æqualitas viciſſitudinis.

Ἀντιπεπονθότως, oppoſitè: idem quod ἀντιπαθῶς. Areop.

Decomp. Ἐναντιπάσχειν, Ariſtoteles de iis dixiſſe traditur qui mutuis inter ſe beneficiis certant, alter alterum afficientes donisque remunerantes. (tur εὖ πάσχω.

Εὐπάσχω, beneficio afficior: pro quo ſæpius diſiunctim ſcribi-

Ἀντευπάσχω, (*decomp.*) viciſsim beneficium accipio. Plat. ὅστε καλὸν δεκτὸν σημεῖον εἶναι τὸ εὖ ποιήσας τοῦτον τὸν εὐεργεσίας, ἀντευπεσεται.

Προπάσχω, antepatior, prius vel prior patior. Plat. de republ. l. 2, ἢ δὲ δὴ κακῶν προπεπονθώς. Thuc l. 3. παλαιόμενοί τε, ἃ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν. Xen. ἐδὲν ἀγαθὸν προπεπονθυῖα.

Προπαθεία, ἡ, q. d. antepaſsio: morbi præludium, adventatio morbi. Exponitur, & antecepta perturbatio, apud Plut.

Ἐυπροσπάσχω, (*decomp.*) qui prior beneficio eſt affectus.

Προσπάσχω, (q. d. adpatior, aut adafficior) addictus ſum alicui & ei adhæreo per quandam velut ſympathiam. Plut. τὸ δὲ μειράκιον, ἑτέρᾳ ἴσως τραφὲν ἀγωγῇ, προσαπεπόνθει. Dionyſ. Areop. ὅσοις γὰρ ἂν ὀφείλωσι τοῖς γένοις προσπάσχειν.

Προσπάθεια, affectio qua rei alicui ſumus omnino addicti, eique adhæremus. Syneſ. de inſomn. Theophyl. ep. 26.

Συμπάσχω, (q. d. compatior, ſeu coafficior) ſimul patior, ſimul afficior: in vita Thucydidis μικρᾷ γὰρ συμπάσχουσιν ἀκούοις ὅτε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα. Sic & apud Greg.

Compoſita ex nomine πάθος.

Ἀπαθὴς, ἐος, ὁ, ἡ, ſemper patiens, ſempiternæ & perpetuæ paſſioni obnoxius. Ocell. de univerſo.

Ἀπειπάθεια, paſsio perpetua, vel nunquam deficiens affectio. Αἰνοπαθὴς, gravia perpeſſus. Od. σ. (σεως.

Ἀκρόπαθος, in ſumma parte affectus Hippocr in lib. περὶ ἑβδομάδων

Ἀνθρωποπαθὴς, humanis paſsionibus ſive affectionibus obnoxius. Item humano affectu præditus.

Ἀνθρωποπάθεια, humanus affectus, conditio humanæ naturæ affectionibus ſubjecta. Alciphr.

Ἀνθρωποπαθῶς, humano affectu, Hermog. (ficior

Ἀνθρωποπαθέω, humanū quippiam patior, humano more af-

Ἀντιπαθὴς, contrariam affectionem habens, obſiſtendi vim habens per contrariam affectionem. In Epigr. ἀντιπαθὴς φήμη, exp. contraria fama. Τὸ ἀντιπαθὲς, ſub. poſitum exp. remedium adverſus aliquid. Plut. in Anton. & Dioſc. l. 4. c. 123.

Ἀντιπάθεια, repugnantia inter aliquas res ob contrariam affectionem. Plut. de primo frigor. Item vis obſiſtendi ſeu auxiliandi, quam res aliqua habet per contrariam affectionem. Alex. Aphr. probl. ult. l. 1.

Ἀντιπαθῶ, contrariam affectionem habeo, naturalem repugnantiam

gnantiam affectionum habeo. Alex. Aphr. in probl. πείγλη αὐθαδείᾳ τὴν ἀρχήν.

Α'ναξιοπαθῶ, ægrè fero, dico esse indignum facinus. Plut. ἀναξιοπαθήσας δὲ ὁ Κορίολανος ἀπῆλθεν αὐτόθι. Significat etiam, stomachor, apud eundem.

Α'παθής, non obnoxius affectionibus animi, carens omni perturbatione. Plut. de aud. poëmat. & in Alcib. Α'παθεῖς dicuntur etiam qui nullis corporis malis sunt obnoxij, illæsi, intacti. Ité immunes alicuius rei, expertes: ut apud Dem. in epitaph. νόσων ἀπαθεῖς τὸ σῶμα ἔχω. Et ἀπαθὴς κακῶν, apud Herm. l. 2. de invent. Et apud Herodot. ἀπαθέες κακέων. Apud Aristot. in probl. ἀπαθὴς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου, exp. qui à simili affici nequit. & apud Plut. in probl. ἀπαθὴς ὑπὸ τῶν παρόντων, expon. præsentibus malis non commotus. [bus.

Α'παθῶς, q. d. impassibiliter, absq; ullis passionibus, i. affecti-

Α'πάθεια, affectuum vacuitas, status mentis hominis ἀπαθοῦς. Plut. in consol. ad Apollon. & in Fab. Exponitur & indolentia.

Α'παθητος, q. d. impatibilis, patiendi necessitati minimè obnoxius.

Α'περοπαθὴς, qui immensè perturbationibus seu affectionibus obnoxius est.

Α'περοπάθεια, immensitas perturbationum. Synesep. 140.

Αὐτοπαθὴς, ex se patiens, vel intrinsecus patiens. Item reciprocus.

Αὐτοπάθεια, q. d. intrinseca passio, innata passio, reciprocatio, qua eadem persona agit & patitur. G. gram. l. 4.

Αὐτοπαθῶς, q. d. cum passione intrinseca, vel patiendo intrinsecè. Apud Polyb. exponit. etiam, ex sententia animi, non simulatè, ingenuè.

Γλωσσοπαθέω, muliebria patior, effœminor. Athen. l. 12.

Δεινοπαθὴς, indigna seu gravia passus, gravi affectus iniuria.

Δεινοπάθεια, indignatio eius qui se gravia passum dicit.

Δεινοπαθέω, graviter afficior, ingemo, ægrè fero, & lamentabili voce quæror. Plut. in Alex.

Δυσπαθὴς, laborum ærumnarumq; patiens. in Epigr.

Δυσπάθεια, laborum & ærumnarum perpessio. Etymol.

Δυσπαθία, dolor, cruciatus. Epigr.

Δυσπαθὴς, ὁ καὶ ἡ, idem quod δυσπαθής: ut ἐργασίη δυσπαθὴς, apud Hom. hym. in Merc.

Δυσπαθὴς, qui non facilè patitur, qui non facile afficitur, firmus. Luc. Diosc. & Gal. ad Glauc. Item qui gravi ægritudine seu mœrore afficitur. Plut.

Δυσπάθεια, firmitudo qua quis non facilè aliquid mali patitur, damni & iniuriæ, item simpl. firmitas, seu robur. Plut. in Demetr. & Alex. Aphr. probl. lib. 1. Item gravis ægritudo seu mœror quo quis afficitur. Exponitur etiam, infelicitas.

Δυσπαθέω, non facilè patior, seu afficior, ob firmitatem. Greg. Item gravi ægritudine seu mœrore afficior, gravia patior. Plut. in Pericl. δυσπαθοῦντες ἐπὶ τοῖς γινόμενα. Moschus in Megaris: ἐδὲν γὰρ νεμεσητὸν ὑπὲρ τέκνοις γε φίλοις Μητέρα δυσπαθέοντα. Exponitur & ægrè fero, apud eundem.

Ε'κπαθὴς, (quasi ἐκτὸς πάθους) qui nihil passus est, illæsus, incolumis. Suid. Item immodicè affectus. Aelian. & Alciphr.

Ε'κπαθῶς, cum immodico affectu.

Ε'μπαθὴς, cui insunt affectus seu perturbationes. Plut. τὸ μὲν τῆς ψυχῆς νοερὸν καὶ λογικὸν τὸ δ' ἄλογον καὶ ἐμπαθές. Exponitur etiam, affectu percitus, vel commotus, apud eundem in lib. adversus Col.

Ε'μπαθῶς, cum affectu, seu cum affectibus, cum perturbationibus. Plut in Coriol. Item ἐμπαθῶς ἔχω, affectibus moveor seu afficior. Hermog. Et ἐμπαθέστατα, maximo cum affectu. Plut. sympos. l. 4.

Ε'νηλυπαθέω, q. d. muliebria patior, in muliebri libidine tabesco.

Ε'τεροπάθεια, alterius partis vexatio. Diosc. l. 2. Sic dicitur etiam illud curandi genus, quo dolor ex una parte in alteram evocatur.

Εὐπαθὴς, qui facilè patitur seu afficitur: unde εὐπαθὴς αὐθρωπος, homo qui corpus tenerũ habet, & quod facilè lædi potest. Gal. ad Glauc. Plut. in Solone εὐπαθὴς πρὸς ὁμόνοιαν, cuius animus facilè afficitur amore concordiæ, propensus ad concordiam.

Εὐπάθεια, vel εὐπαθία, natura quę facilè affici potest, corporis constitutio iniuriis facilè obnoxia. Alex. Aphr. probl. lib. 2. οἱ παῖδες πολλὴν ἔχουσιν εὐπάθειαν καὶ τροφὴν τῆς φύσεως. Item felicitas. Gregor. πρὸς φιλόπτωχ. Interdum pro beneficio quatenus quis eo afficitur. Aristot. in eth. Item pro voluptuaria vita, apud Philon. & apud Herodot. τὸ εὐπαθέηση εἶναι, genio indulgere.

Εὐπαθέω, facilè patior seu afficior, expositum iniuriæ corpus habeo. item felicitate fruor, item beneficio afficior. Interdum, genio indulgeo. Plat. polit. l. 1.

Η'δυπαθὴς, voluptati deditus, voluptarius. Athen. l. 12.

Η'δυπάθεια, voluptas, vita voluptaria, mollities. Xen. Pæd 7. οἱ νομίζοντι τὸ μὴ πονεῖν, ἀθλιώτατον· τὸ δὲ ἥδεως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν.

Η'δυπαθέω, voluptate fruor, cuticulam curo, delicatè & molliter vivo. Xen. & Philo.

Η'δυπάθημα, τὸ, idem cum ἡδυπάθεια.

Decomp. Ε'νηδυπαθέω, suavitate & voluptate fruor in aliqua re, oblector: item acquiesco. unde Chrysost. τοῖς παροῦσιν ἐνηδυπαθεῖν πράγμασιν.

Καθηδυπαθέω, per voluptatem & luxum absumo. Luc. τὰς τῶ πολέμω καιρὰς καθηδυπαθῶν, per luxum & voluptatem conterens. Et cum genit. Basilius ad divites, ἀλλ' ὃν μὴ ἔζης χρόνον καθηδυπαθῶν τοῦ βίου. Καθηδυπαθῶς, per luxũ & voluptates consumi.

Ι'διοπαθὴς, idem quod αὐτοπαθὴς, intrinsecus patiens.

Ι'διοπάθεια, propria & privata affectio. Alex. Aphr.

Κακοπάθεια, malorum perpessio, calamitas, vexatio. Ceb. Theb. Thuc. l. 7. Isocr. in Archid.

Κακοπαθῶς, ærumnosè, multa mala perpetiendo, in multis vexationib. & molestiis: ut κακοπαθῶς ζῶ, apud Aristot. pol. l. 2.

Κακοπαθέω, ῶ, mala patior, malis vexor & afflictor. Isocr. in Areop. οἱ τοὺς καθεστηκότι πράγμασι κακοπαθεῖν μᾶλλον ἢ μὴ πολιτεύειν ἀκριβέστερας ἄμεινον τὸν βίον ἀφῆγεν. Et cum dat. κακοπαθῶσι τῷ σώματι, apud eundem ad Nicocl. Item cum gen. intercedente præpos. ὑφ' οἵων κακοπαθῶ, apud Thuc. l. 2.

Decomp. Προσκακοπαθέω, condoleo alicui rei, dolore afficior & maceror ob rem aliquam. Greg. orat. in Epiph. ὥστε συγκακοπαθῆσαι τῷ δι' ἡμᾶς μορφωθέντι καὶ βαπτισθέντι, contemplatione & commemoratione humanitatis Christi dolore affici.

Συγκακοπαθέω, simul malis afficior, simul malis vexor vel afligor.

Κενοπαθέω, inaniter affici, vanis duci affectibus.

Μετριοπαθὴς, cui sunt mediocres perturbationes, modum tenens in affectibus. Aristot. Exponitur etiam moderatus & clemens.

Μετριοπάθεια, mediocritas perturbationum seu affectuũ, modicæ perturbationes. Plut. ad versus Coloten. Synes. ep. 140.

Μετριοπαθέω, in perturbationum seu affectuum mediocritate versor, modicè afficior seu permoveor aliqua re. In epistola ad Hebr. c. 5. accipitur etiam pro συμπαθέω, alij exp. ibid. miserari posse quantum satis est.

Μονοπάθεια, affectus & morbus unius tantùm: ut μονοπάθεια τοῦ ὀφθαλμοῦ, morbus unius oculi, seu quum unus tantùm oculus dolet. Alex. in probl.

Ξενοπαθέω, re aliqua tanquam peregrina & nova perturbor. Plut. in Philopœm. Exponitur etiam, taceo & stupidus fio ad ingressum externorum.

Ο'μοιοπαθὴς, vel ὁμοπαθὴς, cui similes sunt perturbationes seu affectus: ijsdem perturbationibus seu affectibus obnoxius. Aristot. eth. 8. & Luc. in Act. Apost. c. 14. Apud Theophr. ὁμοιοπαθῆσι καρποῖς, exp. quibus similia accidunt quæ & fructibus.

Ο'μοιοπαθῶς, vel ὁμοπαθῶς, cum similitudine affectuum, ijsdem affectibus.

Ο'μοιοπάθεια, affectuum similitudo, similes affectus, seu eædem perturbationes. Item figura vel virtus oratoria à similitudine affectuum facta. Macrob. l. 4.

Ο'μοιοπαθέω, seu ὁμοπαθῶ. similes seu ijdem sunt mihi affectus, similiter afficior. Aristot. ethic. lib. 1. ὁμοιοπαθῶν Σαρδαναπάλῳ. Item ὁμοπαθῶ, consentio, assentior, obtempero. Plut. in Galb.

Συνομοιοπαθέω, (decomp.) idem quod ὁμοιοπαθῶ seu ὁμοπαθῶ. Aristot. rhet. 3.

Ο'ξυπαθῶς, acuto, & vehemente animi affectu: apud Suid.

Πεπαθὴς, vehementer affectus, apud Athen. & Polyb. Exponitur etiam, affectibus obnoxius, apud Greg.

Πεπαθῶς, cum magna vi affectuum. Luc.

Πεπάθω, vehementi affectu commoveor. Plut. in Apopth. τῶν τραυματιῶν σωθραμένων, καὶ πεπαθότων, militibus vehementi affectu commotis, i. valde indignantibus & stomachantibus. Item æstuo dubitatione, seu anxietate. Idem in Cæs. ὑποφέμενος καὶ πεπαθὼς, δεινὸν ἐβάλοντο βάλουμαι, æstuans & anxius impatientia.

Ε'μπεπαθῶ, (decomp.) q. d. instomachor, indoleo, stomachor in.

Πολυπαθὴς, multis casibus seu multis malis iactatus.

Συμπαθὴς, cui sunt ijdem affectus, affectibus cum alio consentiens. Plut. de defectu orac. Item simpl. consentiens cum alio, apud Aristot. & Synes. ¶ Item qui simul cum alio afficitur & tangitur eius malo, seu quem aliena mala tangunt tanquam sua: 1. ep. Per. c. 3. Et cum dat. apud Synes. τῷ ἐκκλησίαν ἔγνω γινομένῳ αὐτῷ συμπαθῆ, ecclesiam misericordia eius duci.

Συμπαθῶς, cum consensu affectuum: item cum commiseratione & quasi condolescentia. Plut. de Al. fort. συμπαθῶς ἐδάκρυσιν.

Συμπάθεια, consensus in affectibus, convenientia affectuum. Item convenientia & coniunctio naturæ. Alex. Aphr. probl. ult. libr. 1. ἢ αὐτίδοτος ἐκ πολλῶν βοτανῶν σύγκειται ἔχουσα ἴνα συμπάθειαν πρὸς οὐ ἕκαστον μέρος, consensum habentibus cum singulis corporis partibus. ¶ Philosophi & medici συμπάθειαν definiunt duorum naturalem quandam coniunctionem & concordiam, ex similitudine vel generis, vel naturæ, vel temperamenti, vel morum, vel aliarum rerum conciliatãm. Medicis autem peculiariter significat affectionem partis alicuius non per se ac propriè, sed per consensum & societatem alterius laborantis: in qua significatione τῇ ἰδιοπαθείᾳ opponitur. Vide Galen. l. 1. de locis affectis. ¶ Item commi-

seratio eius qui alterius malo afficitur. Chrysost.

Συμπαθέω, ῶ, una cum alio afficior, affectu seu affectibus cum alio consentio. Aristot. in physiogn. δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ τῷ τοῦ σώματος συμπαθεῖν ἀλλήλοις. ¶ Item simul afficior cum alio eius malis tanquam meis. Isocr. ὥστε καὶ τοὺς μικρὰς ἀτυχίας ἡμῶν πολλὰς ἔχειν συμπαθήσοντας.

Ἀσυμπαθής, (decomp.) consensu affectus seu naturæ carens, cui nullus est consensus affectuum cum alio. Synes. de insomn. ¶ Item qui commiseratione alieni mali non tangitur. Plut. in Coriol.

Ταλαπαθής, qui incommoda & ærumnas patienter sustinet, vel cui ærumnæ multæ patiendæ veniunt, ærumnosus, miser. Pro eodem dicitur & τλαπαθής. Hesych.

Τλαπαθής, patiens laboris, item calamitosus. Basil. Exponitur etiam qui patiens est in iis quæ patitur. Suid.

Τλαπάθεια, patientia, miseria laboris & ærumnarũ tolerantia.

Ὑβριοπαθέω, iniuriam patior, iniuria & contumelia afficior. Hermog.

Ὑπερπαθέω, valde afficior & commoveor. Eurip. in Phœn.

Πατάσσω, Ϝ. ξω, cum strepitu palpito, vehementer palpito. Il. Ἐν δὲ οἱ κραδίη μεγάλα στένουσι πατάσσει Κῆρας ὀιομένῳ, παλάγῃς δ' ὑπερίσταται ὀδόντων. Sic Il. ψ. παλάσσει δ' ὑμὸς ἐκάστῳ Νίκης ἱεμένῳ. Eust. ex πατος derivatum esse testatur. ¶ Item percutio, pulso, ferio: propriè de eo qui ita pulsat ut ictus sonitum aliquem seu strepitum edat. Plut. in Alcib. τὸν Φρυνίχου παττάλου ἐγκεκολάφθαι. Dem. in Mid. παττάλευε ἐπὶ κόρρης, infligere colaphum seu incutere. Apud Aristoph. παττάλευε τὴν ὀφρῦν, pulsare ianuam. Et apud Theocr. idyll. 20. παττάλευε τὴν χάν, terram pulsare. Metaphoricè apud Aristot. πατοῦσι τὴν κραδίαν ἐπιθέμενοι.

Παττάσσομαι, percutior, pulsor: ut παλαχθησόμενον τῇ ξύλῃ, apud Lucian.

Πάταγος, ου, ὁ, fragor, strepitus, crepitus. Il. Φ, & ν, apud Aristoph. & Aristot. Item fremitus: apud Philon. Invenitur & fœm. παταγή, apud Dionys. de situ orb.

Παταγέω, ῶ, strepo, strepito, fragorem edo, crepito. Aristoph. in Nub. εἶτα βαρεῖαν εἰς ἀλλήλας ἐμπαταξάσας ῥαγωνᾶν τὴν παταγῆσιν. Theocr. idyll. 23. παταγεῖ δ' οὐρεῖα θέλασσα Κοπρεμβὴν ποιέουσ' τε καὶ ἀρρήκτοισι χαλάζαις.

Παταγημα, τὸ, strepitus. Dicitur & de homine garrulo ac veteratore, apud Suid.

Composita: ac primùm ex παττάσσω.

Ἀναπατάσσω, q.d. repulso, i. iterum pulso. Hesych.

Ἐκπατάσσω, strepitu aures alicuius percello. Item attonitum reddo, perterrefacio. Eurip. in Here. fur. Λύσσα δή σ' ὠμόβρωτον, ἀποινόδικοι Δίκαι, κακοῖσιν ἐκπατάσσουσιν.

Ἐκπατάσσομαι, attonitus reddor. Od. σ, σὺ πεπαταγμένῳ φρένας, qui mente non constat, sed eam velut attonitam habet.

Συμπατάσσω, simul pulso, simul percello & attonitum reddo. Item collido. Eurip. in Supplic. Συμπατάξωσιν μέσον πέπλοις στέρνον Ἔκτορος, ἐντείνοις.

Composita ex παλάσσω, aut παταγέω.

Ἀνταλαλάζω, ῶ, contra strepo, vicissim strepo, seu fragorem edo.

Ἐπιπαταγέω, q.d. super strepo. (Plut.

Μισοπαταγος, ου, ὁ, recitator clamosus, vel personare omnia faciens. Cic. ad Q. fr. l. 2. epist. 9.

Συμπαταγέω, (q.d. constrepo) simul strepo, aut fragorem edo, seu, crepitum aut fremitum. Exponitur etiam, collido, palma aut vola aperta quatio.

Ὑποπαταγέω, substrepo.

Πατέω, Ϝ. ήσω, calco, conculco, proteror. Herodian. l. 8. ῥίψαντὸς τε τὸ σῶμα τοῖς βλωμοῖς συνδεῖσαν & πατεῖν, ἔασαν, &c. Eust. ex Hybria Cretensi, τάτῳ γὰρ ἀρῶ, τάτῳ δὲ λίζω, τάτῳ πατέω τὸν ἀδικώτατον ἀπ' ἀμπέλω. Theocr. idyll. 15. ὡς φίλε μὴ με πάτησης. Item metaph. contemptui habeo, contumelia afficio, opprimo. Aristoph. in Vesp. ἵν' ἐξῇ μὴ πατεῖν Τὰ τῶν θεῶν ψηφίσματα. Arrian. ὅρκους πατήσας οὓς ὤμοσε. Item tero, i. manibus verso, sicut terere aut versare autorem aliquem dicimus. Aristoph. in Avib. ἀλλ' Αἴσωπον πεπάτηκας. Plat. in Phædr. τὸν γὰ Τισίαν αὐτὸ πατύτηκας ἀκριβῶς. ¶ Interdum ponitur pro βαδίζω, ambulo: ut apud Athen. l. 12. ἀδὺ πατεῖν οἷός τε λῦ, ἐν μὴ ἐσὶν ἐπιπρεπεδόμενον ἐπορεύετο.

Πατεῖμαι, calcor, conculcor, proteror. Herodian. lib. 7. ὑπ' ἀλλήλων ἀθέμβροί τε καὶ πατέμβροι. Dicitur & terra πατεῖσθαι quam quis percurrit & lustrat. Laërt. in Archel.

Πάτημα, τὸ, quod calcatur vel calcatum est, q.d. calcamentum seu conculcamentum. Metaphoricè apud Basil. de homine conculcabili.

Πατητὸς, ὁ, qui calcari potest, seu conculcabilis. Item calcatus: ut πατητὸν σταφυλὴ apud Aet. lib. 9. c. 24. Πατητὸς φοίνιξ, palmæ genus tertium: sic appellatum quòd eius pomum etiam in matre sua dehiscat, calcatoq; simile appareat. Plin. l. 13. cap. 4.

Πάτος, ου, ὁ, calcata seu trita via, via publica. Il. υ. Od. ι. ¶ Item pulvis qui luctaturis post olei illitionem affricabatur, densandi atq; roborandi corporis gratia. Sunt tamẽ qui etiam sudorem ipsum pulveri mistum πάτον vocent, ut scribit Aet. l. 2. c. 107.

Πατόω, Τάτης, Ταπεινὸς, quomodo huc pertineant, vide suis locis.

Composita.

Ἀναπατέω, ῶ, sursum versus gradior. in Hippiatria, δεῖ εἰς τοῦτο ῥᾴδιον ἐσιέναι καὶ ἀναπατεῖν ἐκεῖσε ποιεῖν, adverso flumine progredi.

Ἀνθυπατέω, ῶ, vicissim calco seu conculco.

Ἀνυπάτητος, ὁ καὶ ἡ, (q.d. incalcabilis) qui calcari non potest. In anthol. Epigr.

Ἀποπατέω, ῶ, à via recedo, à via deflecto, seu digredior. ¶ Item ventrem exonero, caco: *quia quum hoc facere volumus, à via recedimus & aliquem secessum quærimus*: unde fut. med. apud Aristoph. in Plut. Πλὼ δὴ ἀποπατησόμβοί γε ταχέως ἢ μύξοι. Cum accusat. exponitur &, excerno: ut apud Galen. ἀ δὴ ἀποπατήσαν ὑγιέστερα ἢ δυσοδέστερα.

Ἀποπάτημα, τὸ, excrementum, quod eiectum est: merda.

Ἀπόπατος, ου, ὁ, secessus quem petimus ad levandum ventrem, locus ubi venter exoneratur. Aristoph. in Acharn. Ἀπ' ἐς ἀπόπατον ἄχεο. Exponitur etiam, evacuatio ventris. Suid. & schol. Aristoph.

Ἐκπατέω, q.d. extra viam tritam gradior, evagor, spatior, inambulo. Laërt. in Epimenide, χρόνου δὲνα ἐκπατοῦσι.

Εὐπάτητος, qui facilè calcari potest.

Καταπατέω, conculco, vel proculco. Thuc. l. 7. ἐπέπατόν τε ἀλλήλους & κατεπάτουν. Item metaphoricè, contemptui habeo, opprimo, prorsus nihil facio, ut Il. δὴ κεῖ οἵ τε ὅρκια πιστὰ πάτησαν per tmesin, pro κατεπάτησαν. Sic Luc. in Lexiph. τὰ μὲν τοιαῦτα κατατεῖν, &c.

Καταπάτημα, τὸ, id quod conculcatur.

Καταπάτησις, ἡ, ipsa conculcandi actio.

Λακπατέω, calce premo, planta pedis calco. Hesych.

Λακπάτητος, five λαξπάτητος, calce pressus, calce pulsatus. Soph. in Antig. λαξπάτητον αὐχένιον χερός.

Λεωπάτητος, à populo calcatus: vel prorsus conculcatus: à λεὼς significante omnino. Soph. loco ante citato: quidem enim ibi pro λαξπάτητον, λεωπάτητον, legunt, ut metri leges postulant.

Μονοπάτιον, iter, quod unus tantùm calcare potest. In Pandect.

Οἰοπάτη, ης, ἡ, ungula ovis (ab οἷς & πατέω, verso α in ω.) Item fordes ovium, vel fimum ovillum. Dion. l. 46. Legitur & οἰοπάτη pro eodem, apud Hesych.

Ὀχυρόπατος, locus natura munitus, per quem tuto viam facere licet. Plut. in Demetrio.

Περιπατέω, ambulo, deambulo, obambulo, spatior. Herodian. l. 4. τὰ πολίτικά τε αὐτοῖς συνῳκίσθαι περιπατῶν. Item metaph. vitam dego, vitam instituo, seu vivo: ut in ep. 2. ad Corinth. c. 5. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν & οὐ διὰ εἴδους. Sic. in 2. epist. Ioan. ἵνα περιπατῶμεν κατ' ἐντολὰς αὐτοῦ. Sic alibi in novo Test.

Περίπατος, ου, ὁ, ambulatio, deambulatio. Plut. symp. lib 1. ἀκούω πολλῶν λεγόντων, ὅτι περίπατος ὁ παρὰ θέλασσα ἥδιστος ἐσι. Item locus in quo ambulamus. Plut. & Athen. l. 5. ¶ Item disputatio philosophica quæ fit inter deambulandum, seu disputatio ambulatoria. Aristoph. in Ran. ἐ σὶ γάρ ἐσι περίπατος κάλλιστα περὶ τούτου. Sic Plat. in Phædro, κἄ τὰς ὁδοὺς ποιῶμεν τοὺς περιπάτους. Et Plut. de Alex. fortuna, ἀδ' ἐν Λυκείῳ περίπατον ἴσχει. Item locus in quo philosophi deambulantes disputabant. Xenophon. & Athen. ¶ Sic peculiariter dicta est schola seu secta Aristotelis. Plut. symp. lib. 8.

Περιπατητικοὶ, professentes sectam Aristotelis, sectatores Aristotelicæ doctrinæ. Plut. adversus Coloten. Et περιπατητικὸς, adiect. peripateticus philosophus. Item ad peripateticorum sectam vel disciplinam pertinens. Sic περιπατητικὴ σχολὴ, apud Plut. de fuga, schola peripateticorum.

Περιπατητικῶς, peripateticorum more. Item deambulando seu q.d. deambulatorié.

Ἐμβεβηκατέω, (decomp.) inambulo. Et metaph. apud Aristoph. ἐμβεβηκότα περὶ τοῦτο, disceptare de re aliqua: *philosophorum more qui deambulantes disputabant.*

Συμβεβηκατέω, cum alio ambulo. Aristot. rhet. 3.

Πηλοπατέω, lutum calco.

Πηλοπατίδες, seu πηλοβατίδες, calceamenta quædam altiora quibus utuntur lutum calcantes, seu per lutum incedentes. Lacerones.

Συμπατέω, conculco. Συμπατέομαι, conculcor. Greg.

Ὑποπατέω, ventrem exonero, idem quod ἀποπατέω.

Ἀνταπάω, quomodo huc pertineat, vide suo loco.

Πατὴρ, έρος, & contractè, τρὸς, pater. Od. π, Οὐ σύγ' Ὀδυσσῆος γε πατὴρ ἐμός. Iliad. ξ, Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ ῥέα εἶδος ἁλῶμαι εἶναι. Iliad. ο, μεῖδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Xen. Hellen. 6. τῶν μὲν προξενίαν ὑμεῖν σὸν ἐγὼ μέν, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατρὸς πατρόθεν ἔχων παρεδίδουν τῇ πόλει. ¶ Interdum honoris aut amoris causa pater dicitur qui alioqui nulla est consanguinitate iunctus: ut Od. ρ, Ξεῖνε, πάτερ καλέει σε περίφρων Πηνελόπεια. Sic & Od. η, & ϑ. Plut. in Fab. max. πατέρα δή σε χρηστὸν προσαγορεύσω. ¶ Item metaph. effector & autor: ut apud Plat. in Tim. ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων. Et Luc. de hist. scrib. πόλεμον ἁπάντων πατῆρ. ¶ Item πατέρες, in plur. dicuntur maiores, tum & Lat. patres. Thuc. l. 4. ἀξίωσιν τῆς τε πόλεως καὶ τῶν πατέρων. Luc.

in Alex.

in Alcib. κλίσ. δὲ μίσγων, οἷον παρίδοσαν οἱ πατέρες. Deducum esse à ἀτάρ, ut dicatur πατὴρ quasi ἀτατὴρ, tradiderunt Grammat. sicut & Lat. sator pro patre dicitur. Eustathius Deum πατέρα appellari scribit quasi πάντα τηροῦντα hominem verò quasi παῖδας τηροῦντα.

Πατρόθεν, (adverb.) à patre, à patre patris. Plut. de educ. lib. τοῖς μητρόθεν ἢ πατρόθεν σοι δὲ γεγονόσι. Exponitur etiam, de nomine patris: ut Xen. Ἰχόμην ἐπί με πατρόθεν ὠθισαλοιῶντα. Sic & Il. κ, & apud Dem.

Πατρῷος, ᾱ, ον, ὁ, ἡ, paternus, patrius: item avitus, ut πατρῴου ξένου. Il. ζ, & πατρῷα μῆλα. Od. μ. Item πατρῴου ἐμπορία, apud Dion. Afr. Invenitur & πατρῴα γῆ, apud Hom.

Πατρῷος, idem: ut πατρῷα χρήματα. Plut. de frat. char. Et πατρῴα ἑστία, apud Athen. Apud Dem. pro cor. πατρῷος Ἀπόλλων dicitur quem Athenienſium maiores coluerant.

Πατρώζω, patriſſo, patrem, ſeu patris mores imitor. Herodian. lib. 1. πατρώζειν τὸ μειρακιώδες ἡγεμόνι.

Πατρικός, ὁ, idem quod πατρῷος, qui eſt patris. Ariſtot. ethic. 10. Iſocr. ad Demon. Thuc. &c. Item qualis eſt patris: ut πατρικὴ ἀρχή, imperium quale eſt patris. Ariſtot. ethic. 8.

Πατρικῶς, paternè, more patris. Item affectu & amore paterno, paterna benevolentia. Ariſtot. pol. 5. Athen. l. 7.

Πάτριος, ὁ, ἡ, patrius, à patre traditus, vel à patribus. Ariſtot. Xen. Plat Dem. &c.

Πατριάζω, facio aliquid more paterno, ſeu tanquam pater, mores paternos in re aliqua agenda refero. Poll.

Πατρίδιον, ου, τὸ, paterculus. Ariſtoph.

Πατέριον, idem.

Πατερίζω, patrem nomino, patrem voco ſeu appello. Ariſtoph. in Veſp. πῶς σοι κὴ μὴ πατερίζω.

Πατρις, ίδος, ἡ, patria. Od. ο, Εἰ μ' ἔθελ' ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν. Sic & apud Iſocr. in paneg. & Dem. pro cor. interdum adiect. ponitur cum ſubſt. γαῖα aut αἶα: ut Il. ω, Od. ψ, & κ, aut cum ἄρουρα ut Od. υ. Πατρὶς dicitur etiam ἡ φυλὴ, tribus. teſte Heſ. & Suid.

Πατριώτης, ου, ὁ, qui eiuſdem eſt patriæ, conterraneus, popularis. Plato de leg. lib. 6. & Plut. ſymp. libr. 4. Fœm. πατριῶτις, ut πατριῶτις γαῖα, apud Luc.

Πατριωτικὸς, pertinens ad conterraneos ſeu patriotas.

Πάτρα, & Ionicè πάτρη, ης, ἡ, idem quod πατρίς. Il. μ, ρ, ω. Exponitur etiam, ἐπαρχία, & φυλή, ab Heſych. Item ἡ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς γένεσις, apud Suid.

Πατριὰ, ᾶς, ἡ, familia, cœtus eorum qui communem patrem familiâs habent. Epheſ. cap. 3. Exponitur & tribus, apud Græc. bibl. interp. Item χώρα & τοπαρχία, apud Suid.

Πάτρως, ὁ, (genit. πάτρωος, vel πάτρωο) patronus. Herodot. in Euterp. & in Melpom.

Πατρωὸς, ᾱ, ὁ, vitricus in Pand.

Πατρυὸς, idem. Euſtath.

Compoſita.

Ἀμφιπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, qui vel quæ ex alio patre eſt, ſed eadem matre. Poll. l. 3.

Ἀντίπαλρος, ὁ, qui adverſatur patri: epit. Iovis, apud Theoc. idy. 32.

Ἀπάτωρ, carens patre: ut Vulcanus dicitur ἀπάτωρ, teſte Poll. & apud theolog. Chriſtus reſpectu humanæ naturæ Item qui eſt orbus patre, orphanus. Eurip. in Iph. Taur. Item ſpurius. Plut. in Prob. τὰς ἀπάτωρας ἀτυχίας, ὑὰς καλῶν.

Αὐτοπάτωρ, ὁ, qui per ſe eſt pater.

Ἐκπάτριος, non patrius.

Ἐπιπάτωρ, vitricus. Poll. l. 3.

Εὐπάλωρ, qui bono patre eſt natus, paterno genere clarus, nobilis

Εὐπάτης, idem. Euſt. Εὐπατρέα, ἡ, claro patre nata, generoſa, nobilis: ut Ἑλκὴν εὐπατρέα. Il. ζ.

Εὔπατρις, ιδος, ὁ, ἡ, idem cum εὐπάτωρ & εὐπατρέα. Theoc. idyll 18 Ὡς ἐξ εὐπατρίδαν εἰς εὐπατρίδας πόλιν ἐλθῇ.

Ἐπατρίδης, ου, ὁ, idem quod εὐπατρις. Xen. in ſym. Plut. in Theſ.

Κακόπατρις, malo patre natus, i. malæ famæ, ſeu mali nominis, qui eſt obſcuris natalibus. Theogn. Exponitur etiam, cui mala eſt patria.

Κλωποπάτωρ, cuius pater eſt fur. Panis epith. ex Mercurio, quem poëtæ furem fingunt, geniti, apud Theocr. idyll. 32.

Ἀποπάτωρ, ὁ, ἡ, qui vel quæ patrem deſerit. Eurip. in Oreſte.

Μητροπάτωρ, matris pater, avus maternus. Il. γ.

Ὀβριμόπαλρος, ſeu ὀβριμόπατρος, natus patre valdo & præpotente.

Ὀβριμοπάτρη, vel ὀβριμοπατρη, nata patre prævalido: epitheton Minervæ: Il. γ.

Ὀβριμωπάτης, idem cum ὀβριμόπατρος. Heſych.

Ὀβριμόπατρος, robuſtus pater: apud eundem.

Ὀμοπάτωρ, eodē patre genitus, frater q̄ non eſt uterinus. Poll. l. 3.

Ὁμόπατρος & ὁμοπάτριος, idem apud eundem ibidem. Pro ὁμόπατρος, per ſyncopen & mutato ſpiritu dicitur ὄπατρος. Il. λ, & apud Orph. in Argon.

Πατροπάτωρ, patris pater, avus paternus. Poll.

Προπάτωρ, avus. Herodot. & Soph. Item progenitor. Plato.

Προπατρικὸς, ad avum ſeu avos pertinens, vel ad progenitores. Exponitur & à progenitoribus proveniens.

Συμπατριώτης, idem cum πατριώτης. Luc. & Archipp.

Ταυροπάτωρ, tauro patre natus, à tauro ortum trahens: epither. apis: apud Theocr. idyll. citato.

Τριτοπάτωρ, tertius pater, proavus. Poll. Item τριτοπάτορες & τριτοπάτριοι, qui primi nati ſunt: quod pro tertiis parentib. haberentur, utpote præcedentib. aliis parentib. Sole & luna. Etym.

Φιλοπάτωρ, amans patris. Eur. in Iph. Aul. & Plut. adverſ. Colot.

Φιλοπατρία, ἡ, amor patriæ. Ariſtoph. in Veſp.

ΠΑΥ'Ω, F. αύσω, finem impono, finio, ceſſare facio ſeu deſiſtere. Xen. Pæd. 8. τότε μὲν ἔπαυσε τὸν λόγον. Iſocr. in Paneg. ἵνα αὐτοὺς ἐκείνους παύσω. Interdum exp. reprimo, coërceo, ſedo: ut Iliad. α, Ἀτρείδη σὺ δὲ πρῶτα τὸν μὲν παῦε. Il. τ, Νῦν δ' ἴστω μὲν πρῶτα παύω χόλον, ſedo iram meam. Il. τ, Αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας, ſedavit dolores. Sic Od. κ, Κεῖνον γὰρ ζωμίλιον αὐέμων ποίησε Κρονίων, Ἣ μὲν πανύσθην, ἠδ' ὀρυμδμ' ὃν ἐθέλησι. Dicitur & παύω σε τούτου, facio ut deſiſtas ab hac re: ut apud Iſocr. in Paneg. κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσα. Xen. apomn. l. 1. ἔτι μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν τὴν σωφροσύνην ἔπαυσε, ab aliis cupiditatibus revocavit. Aliquando exp. privo, ut apud Xen. Hellen. 6 παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας. Sic & apud Herodot. & Thuc. ¶ Item neutraliter, finem facio, ceſſo, deſino. Heſiod. in Aſp. Ἀλλ' ἄγε παῦε μάχης. Ariſtoph. in Ran. παῦε, παῦε τὸν λόγον. Apud eundem παῦε, exp. tace.

Παύομαι, idem cum παύω, quum neutraliter ſumitur. Il. η, παύσασθε πολέμοιο δυσηχέος. Odyſſ. φ, Παύεσθον κλαυθμοῖο γοάσιό τε. Dem. παύεσθε τῆς ὕβρεως. Et cum particip. παύομαι φονεύων, apud Thuc. Sic & apud Plat. & Xen. ſignificat & quieſco: unde apud Homer. Il. ψ, παύσατο δὲ φλόξ, quod Virgil. dixit, & flamma quievit. Exponitur etiam activè, finem impono, &c. ut παύομαι τῆς ὁδοῦ, finem curſui impono. Sic apud Syneſ. παύομαι τῆς ἀρχῆς, exp. abdico me magiſtratu.

Παῦσις, εως, ἡ, ceſſatio, requies, ſedatio.

Παυσωλὴ, ῆς, ἡ, idem. Il. β. & alibi apud Hom.

Παυστὴρ ῆρος, ὁ, ſedator, qui finem imponit. Athen. lib. 10.

Παυστήριος, ὁ, p. d. ſedativus, ſeu ſedatorius: idem. Παυστήρια τὰ, exp. obices, ſepta. Heſych.

Παυστικὸς, vim ſedandi habens.

Παῦλα, ceſſatio, quies, intermiſſio, finis. Plato in Phæd. Exponitur & clauſula: apud Ariſtot. polit. 7.

Παῦρος, ᾱ, ον, (poëticum) paucus, non multus. Il. β, παῦρος δὲ οἱ ἕπετο λαός. Il. ν, μάχοντο Παυρότεροι πλεόνεσσι. Item parvus brevis ὁ παχέως πεπονθώς. Nicand. in Ther. ἄλοτε μὲν Μάσσων, ἄλλοτε παῦρος. Neutrum plurali παῦρα adverbialiter interdum ſignificat, paucies, rarò, non ſæpè, non multùm. Heſiod. in Theog. παῦρα δὲ πολλὰ τοιγε.

Παυράκις, rarò, non multum. Heſych.

Παυρίδιος, pauculus, pauxillus. Heſiod. in Erg.

Πῆς, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

Compoſita.

Ἀναπαύω, requieſcere facio, do requiem ſeu laxationem. Xen. Pæd. 7. εἰς τέλος αὐέπαυσε τὸ στράτευμα. Matth. c. 11. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ego requiem à labore vobis tribuam. Interdum accuſativo perſonæ additur genit. rei: ut Iliad. ε, ὅς σφε τὸ ἔργον Ἀνδρώσας ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονί. Et apud Xenoph. ἀναπαύειν τοὺς ἱππέας τοῦ βαδίζειν.

Ἀναπαύομαι, (& per ſyncopen ἀμπαύομαι, apud Theoc. idyll. 1.) quieſco, requieſco, ab aliqua re ceſſo, deſiſto. Interdum abſolutè: ut apud Xen. Pæd. 4. σὺ δὲ ἄγελε ἀναπαυσομένους. Et ἀναπαυόμενον ὕδωρ, requieſcens aqua, i. aqua fontis non perennem habentis aquam. apud Etymol. Interdum cum genit. ut ἀναπεπαυμένοι τῶν ἐπιφορῶν, requieſcentes à perſolutione tributorum, ſeu cum ceſſaſſent perſolvere tributa. Et cum præpoſ. ἐκ apud Luc. ἐκκαμόντες μακρᾶς ἀναπαυόμενον. ¶ Item honore immunitate, apud Demoſth. ¶ Item requieſco, i cubitum me confero, ſomnum capio. Xen. Pæd. 6. οὐ δεῖ πνήσαντας ἀναπαύεσθαι. ¶ Item quieſco, i. morior, vita excedo. Herodian. νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιδιώσας μιᾶς, αὐέπαυσε. Dicitur & ἀναπαύεσθαι τοῦ βίου.

Ἀνάπαυμα, τὸ, (& per ſyncopen ἄπαυμα, apud Heſiod. in Theog.) requies.

Ἀνάπαυσις (& ἄμπαυσις per ſync. in anthol. Epigr.) εως, ἡ, requies, ceſſatio à labore, recreatio. Xen. Pæd. 7. Plut. in Lycurgo. Item quies, i. ſomnus.

Ἀναπαυτήριον, vel ἀναπαυστήριον, & per ſync. ἀμπαυστήριον, τὸ, locus quietis, ſeu in quo quies capitur. Xen. Item litui ſignum: ubi caſtra metari oporteret. Poll. 4.

Ἀνάπαυλα, ης, ἡ, idem quod ἀνάπαυσις, quies, requies. Herodian. & Thuc. ¶ Item locus quieties, manſio, diverſorium. Plat. de legib. l. 1.

Ἀνάπαυλις, idem quod ἀνάπαυλα. Heſych.

Decomp. Διαναπαύω, interquieſcere facio, do intermiſſionem, recreo. Plut. Διαναπαῦσαι τὸν στρατόν. Et Naz. Διαναπαύειν τοὺς πόνους, requiem aliquam dare à laboribus. Διαναπαύομαι, interquieſco, apud Ceb. Theb. & Appian.

Ἐπαναπαύομαι, q. d. ſuperquieſco. Herodian. l. 2. καπιχάσας τε τῇς χερσὶ δεξιᾷ τε ἐπαναπαύσας. Item metaph. acquieſco, i. animi affectum ſiſto & oblector. [c. 8.

Προσαναπαύομαι, idem cum σαναπαύομαι, quod ſequitur. Sap.

Συναναπαύομαι, simul quiesco, seu requiesco, una cum alio quiesco. Roman. c. 15. Interdum somnum capio: ut συναναπαύεσθαι γυναικί.

Ἄπαυστος, ὁ, ἡ, indefinens, non cessans, irrequietus. Item fine carens, perpetuus: ut ἄπαυστος βίος, apud Plac. & apud Thucyd. ἄπαυστος δίψα, sitis quę sedari non potest.

Ἀπαύστως, & ἀπαυστί, indefinenter, incessanter, irrequietè. Aristot. de mundo.

Ἀποπαύω, facio cessare seu desistere. Od. σ, Οὔς τοῦτον τὸν ἀῶλον ἀλητεύειν ἀποπαύσας. Ἐν δήμῳ. Xen. in Lacedæm. polit. ἀποπαύσας τὸ ὁποτε βάλοιντο ἕκαστοι γυμνάσια ἄγεσθαι, &c. cùm cessare fecisset, abrogasset. Apud eundem ἀποπαύω τὸ χρήσεως, exp. abdico munere. Apud Soph. in Aiace. ἀποπαύειν ἐρώτων, exp. privare amoribus. Item compesco, inhibeo. Il. σ, Νῦν μὲν νὺξ ἀποπαύσει ποδώκεα Πηλεΐωνα, Il. τ, Ἀλκμήνης ἀπέπαυσε τόκον.

Ἀποπαύομαι, cesso, desisto, finem facio. Il. ω, πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν. Sic Il. π, Ἕκτορ τίπτε μάχης ἀποπαύεαι; Xen. Pæd. 7. οἵ τε ὑβρίζειν ἔπαυσε τὸ μὴ δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύοντα. Interdum sine casu ponitur. Il. φ. Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι. Exponitur etiam, quiesco, requiesco, morior. Theocr. idyll. 1.

Δυσαποπαυστος, (decomp.) cui vix finem imponere possumus, vix sedabilis. Δυσαποπαύστως, ita ut vix finis imponi possit.

Δαπαύω, interquiescere facio, intermissionem do. Διαπαύομαι, quiesco, cesso.

Διάπαυμα, τὸ, & Διάπαυσις, ἡ, intermissio, cessatio.

Ἐκπαύω, finem impono, finio. Eurip. in Ione, Ἀλλ' ἐκπαύσω γὰρ μόχθους Δάφνας ὀλκοῖς.

Ἐκπαύομαι, cesso, desino, quiesco.

Ἔκπαυμα, τὸ, quies. Hesych.

Καταπαύω idem quod ἀποπαύω. Od. δ, Αὐτὰρ ἐπὴν κατέπαυσα θεὸν χόλον, ὃν τελέουσιν. Hesiod. in Theog. Αἴψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε. Exponitur etiam, coërceo, reprimo. Il. ο, Ἧπται μὲν μεμαῶτε καταπαύεμεν ἀσσον ἰόντες. Sic & Il. π, & Odyss. β. Gal. ad Glauc. l. 1. ὥστε καὶ τὴν τοῦ παρόντος λόγου, finem imponam. Exponitur etiam, privo. apud Xen. Pæd. 8. Ἴσως τις ἀρχὴν Κύρου ἐπιχειρῇ καταπαύειν. Item neutraliter, requiesco: ut ad Hebr. c. 4. ὡς τὸν κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Κατάπαυμα, τὸ, requies, vel finis. Il. ρ.

Κατάπαυσις, εως, ἡ, idem. Act. 7. Καταπαύσιμος, ος, ὁ, ἡ, requiescere faciens, requiem afferens. Greg. Naz.

Decomp. Ἀκατάπαυστος, irrequietus, indefinens: aut qui sedari seu cohiberi non potest: 2. epist. Petr. c. 2. Ἀκαταπαύστως, irrequietè, indefinenter: vel, ita ut cohiberi non possit.

Δυσκαταπαυστος, qui vix sedari seu cohiberi potest. Item irrequietus: Eurip. in Medea. Δυσκαταπαύστως, ita ut vix sedari possit seu coërceri.

Μεταπαύομαι, interquiesco. aut alternis quiesco. Iliad. ε, μεταπαυόμενοι δὲ μάχονται Ἀχαιῶν ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα.

Μεταπαυλη, ἡ, requies. Il. τ.

Πῶ, πῶν, quomodo hæc pertineat, vide suo loco.

Παφλάζω, vide in Φλάζω.

Πάχνη, ἡ, pruina, ros glaciatus. Aristot. de mundo. πάχνη δὲ δρόσος παγεῖσα, i. ros concretus. Odyss. ξ. χιὼν γίνετ' ἰσὸν πάχνῃ Ψυχρῇ. ☞ Ἀ verbo πήγνυμι seu πήγω.

Παχνίεις, εσσα, εν, ὁ, & Παχνώδης, εως, ὁ, ἡ, pruinosus.

Παχνόω, ῶ, gelu constringo, conglacio, congelo. Plutar. de orac. Pyth. ὁ χαλκὸς ἀποπαγεὶς ἐκ μεταθέσεως τοῦ ἰοῦ, ὃν ἡ πυκνότης συνέσχεσε καὶ παχνώσασα, ποιεῖ σκιφανῆ λίθον τινὰ τῆνος. Metaphoricè apud Hesiod. in Erg. ἡ γ' ἐπέπαχνωσε φίλον ἦτορ. Et in pass. Il. ε, τὸ δ' οὐ φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ Παχνώεσσα.

Δροσοπάχνη, ἡ, (comp.) ros semiconcretus, quasi ros pruinosus. Aristot. de mundo.

Πάχης, ες, ὁ, ἡ, crassus, spissus, densus: qualia sunt ea quæ gelu constringuntur. (☞ Nam à πήγνυμι etiam deducitur.) Theop. hist. pl. l. 6. τὸ δὲ πλέον ἐχθρίζειν μὲν πολλὰ καὶ παχέα. Il. γ, ἑστεῶτε χθαμαὶ παχέες Xen. in Oecon. παχέα ἱμάτια φορεῖν. Item crassus, i. pinguis, obesus. in anth. Epigr. lib. 2. Τὸν παχὺν οὐ ἔγραψεν ὁ ζωγράφος. Luc. in Char. σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ. ¶ Metaphoricè de animo dicitur hominis stupidi, hebetis & tardi. Aristoph. Γνώσῃ δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς. ¶ Item opulentus, dives locuples: Aristoph. in Vesp. Καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει ἐκ Θεσσαλῶν τὰπὶ Θράκης.

Comparat. παχύτερος, crassior, spissior, &c. Pro quo dicitur etiam πάσσων, Odyss. ϑ. Et τὸ παχύτερον, crassius, pinguiori Minerva, rudiùs. Superl. παχύτατος, crassissimus. Exponitur &, plenissimus: apud Hippocr.

Παχύτης, ητος, ἡ, crassitudo, crassities, corpulentia. Item obesitas, pinguitudo. Aristot. hist. an. l. 9. c. 5.

Παχυλὸς, ὴ, ὸν, crassus.

Παχυλῶς, crassè, i. crasso modo & minimè subtili, crassa Minerva. Aristot.

Παχύω, crassum reddo, crassius & plenius reddo, Polyb. Item obesum reddo, pinguefacio, Plato de rep. l. 1. τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, ἢ παχύνειν αὐτὸς ἐθέρμαινεν.

  - Non quidem est aliena, sed tamen inclusa alteri, cui adhæret, vel nomini vel verbo. Nomini quidem: ut, si synonyma, ἰσοδύναμα vel παρήλληλα jungantur: ut, δυνατόντι μόροντι, apud Hom. Sunt autem παρήλληλα, vel χῆμα ἐκ παραλλήλων, quando duæ voces simul ponuntur παρήλληλοι, quæ non significatione, sed σχήματι duntaxat differunt, ut ait Eustathius. Verbo autem: ut, ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν, oculis videns: ἐκκλέοσα δὲ φωνὴ, voce vocavit. Quo pertinet, quando nomen verbale additur verbo, quod est παρεπόμενον τοῖς ῥήμασι τὰ ἐξ αὐτῶν ὀνόματα, & ab Eustathio vocatur, παρονομασία: ut, λῆρον ληρεῖς, ἀληθείαν ἀληθεύεις: vel saltem id additur, quod pars est verbi compositi: ut, ξυνοκλινεῖν ξυνὸν, οἰκοδομεῖν οἶκον, νομοθετεῖν νόμους. Hæc omnia sunt Attica.
- Pronomē: & quidem vel
  - Simplex: ut, ἡμῖν apud Sophoclem abundat, teste scholiaste. Dicunt quin etiam: Attici ἐμὸν αὐτὸν pro ἐμὸν. Item σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, ἡμῖν αὐτοῖς. ubi pleonasmus est, vel σχῆμα ἐκ παραλλήλων.
  - Geminatum. H. Stephanus Pronomen με geminatum invenit apud Aristoph. in Acharnensibus. Νῦν ἔν με σοφὸν πολὺν λέγετε ἐάσατε Εὐσκοδάσκαδ' ἐμὲ μ' οἷον ἀβλιώτατον.
- Verbum: ut apud Xenophontem verbum φάναι, ὀκνηλῶ σε τῆς ἡμῆς τύπτε γὰρ ἄλλα, φάναι, σε κάλλιον οἰνοχόον. Heic ait Steph. non solùm superfluum est φάναι, sed ferè etiam orationem turbat. Abundat etiam, quando cum εἰπεῖν ἐκ παραλλήλου ponitur ab eodem Xenophonte: ut, τὸν Ἀγησίλαον σκώψαντα εἰπεῖν, ἐκ' ὀρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχόει. Tales pleonasmi apud Homerum, à quo schematum omne genus meritò fluxisse dicitur, sunt frequentissimi. Ita abundat ἔναι: ut, τὸ νεῶ ἔναι pro τὸ νεῶ: τὸ σήμερον ἔναι pro τὸ σήμερον.
- Participium. Hoc Atticè redundat, adjectum Nominibus, Verbis, aut aliis partibus orationis. Nominibus quidem: ut, γεραπλέον ὂν, pro γεραπλέον: & apud Xenophontem 1. Pæd. δῶρ, οἷα δὴ πᾶσι φιλόστοργ ὢν φύσει ἠσπάζετο αὐτὸν ubi ὢν redundat. Verbis: ut, παίζεις ἔχων pro παίζεις. Apud Gregorium, τῷ μὲν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτὸς ἐκκλίναξεν, id est, nomina inter clericos dare ceperunt. Hinc si tollas, ait Budæus verbum φέροντες, eadem erit sententia. Ita etiam ἄγαν, ἰὼν & alia πλεονάζει.
- Adverbium. Hoc ita redundat Atticè, ut ejus significatio ad rem præsentem vel
  - Non faciat omninò. Sic πλεονάζει, ἐ, ὡς, πάνυ, μάλα, π adverbialiter positum: ut, ἐ μὲν ἄλλα, pro ἀλλὰ μέν: ἐδὲ ποῖ δεῖ, pro ποῖ δεῖ: πολύπ pro πολὺ: δέπ pro δέ.
  - Faciat quidem, sed tamen jam prius adsit inclusa alteri. Sic adverbia παράλληλα junguntur, λίαν πάνυ σφόδρα: μάλα σφόδρα: τυχὸν ἴσως: τάχα ἴσως: τάχα πᾶ: ἴσως πᾶ, quid, ut ait Budæus, πᾶ per se significat Fortasse: σχεδὸν ἄμφι: πάλιν αὖθις vel αὖ μάλα πάνυ: πήμερον ἡμέρᾳ. Ait Demosth. σκοπᾶτε δὴ τέθεις πάλιν αὖ. Ita apud Esajam ἐ μὴ pro μὴ ponitur, quando ait de Lapide offendiculi, ὁ τις δίων ἐπ' αὐτῷ, ἐ μὴ κατισχυθῇ. Aliquando enim duæ vel plures negationes Atticè junguntur, intendêdæ negationis ergò, ἀεὶ τὴν τελευταίαν ἄρνησιν τῷ πράγματος, ait Eustath. ut, ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν, interdico tibi hoc facere: μὴ enim redundat. Ait Aeschines, ἀπαγορεύω μὴ στεφανεῖν, prohibeo coronare. Sic ἐ μὴ δῷ pro μὴ δῷ ponitur. Ita etiam μὴ & οὐ vel μὴ ἐχὶ, cum voce negativa junguntur, ut tres negationes pro una ponantur: ut apud Lucianum, πῶς μὴ ὦ Ἀλέξανδρε, σὺ αὖ ἔξαρνος ἦλθες, μὴ σὸν ἐμὸς υἱὸς εἶναι. Hic ἔξαρνος negativum, adjuncta habet superflua μὴ σὸν. Est tamen advertendum, geminationem sæpiùs, non majorem negationem, seu servata naturali constructione affirmationem efficere: ut apud Demosthenem, ἐδὲν, ὅ, τι ἐ ποιήσει, nihil est, quod non præstabit. Huc etiam pertinet, quando Adverbia comparativa & superlativa nominibus comparativis & superlativis Atticè junguntur ex abundanti: ut, μᾶλλον ὀλιώτερον, πλεῖστα διδαμονέστατος. Nam μᾶλλον & πλεῖστα παρέλκει.
- Conjunctio: τὶς
  - Simplex. Abundat ergo sepius apud Atticos, ἄλλα, αὖ, γὰρ, ἦ, κὴ, ὅπ. ὡς, θὴ: ut, ἄλλα apud Aristophanem, ἐ γὰρ ἄλλ' ἔχω κακῶς pro ἐ γὰρ ἔχω κακῶς. Et ἐ μὲν ἀλλ' ἐδὲ pro ἐ μὲν ἐδέ. Apud Xenophontem, κὴ ut, Φανερὸς ἦν κὴ πιὼν κὴ λέγων. Sic γὰρ abundat: ut, ἄλλα γὰρ pro ἄλλα. In primis etiam pleonasmus τῆ ὅπι observandus est, apud Plutarch. in apopht Alexandri: τῶν ϗ παίδων λεγόντων, ὅπ τοῦτ' ἐστι κτᾶσθαι. Et apud Marcum cap. 1. κὴ γονυπετῶν αὐτὸν, κὴ λέγων αὐτῷ, ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Id cum frequenter fiat in novo Testamento miratur H. Stephanus, cum vetus interpres, in quibusdam locis eam particulam reddiderit, in quibusdã non reddideri t: cùm reddenda non sit. Quamvis idem affirmet, alibi nequaquam prætermittendã esse, seu affirmativa quadam particula reddendam: ut, Marci 7: ὁ ϗ ἀπελθὼν εἶπεν αὐτοῖς ὅτι καλῶς προεφήτευσεν ὑμῶν, &c. ubi vir quidam doctus ὅτι reddendum censuerit, sanè, equidem.
  - Geminata: & vel
    - Eadem, nimirum ἄλλα, γὰρ, αὖ, &c. ut apud Aristoph. in Pluto: ἀλλ' ἐ μένειν χρὴ σ' ἀλλ' αὐτόν. Ubi prius ἄλλα omitti posset. Apud eundem in Vespis: μὰ τὸν δι' ἐ γὰρ ἐδαμῶς μοι ξύμφορον, κὴ γὰρ πρότερον, &c. ubi posterius γὰρ παρέλκει. Ait Corinthus Atticum esse, in eodem membro conjunctionem αὖ sæpiùs usurpare: ut apud Plat. 4. de Legib. τὰ ποῖ' αὖ λεχθέντα ἐρῶτᾶν αὖ φέροιτο. Addit H. Steph. in uno & eodem membro bis tantùm, non plures observari αὖ.
    - Diversa, ἐκ παραλλήλου posita, ὡς nimirum & ὅπ. Affert H. Stephanus verba Xenophontis Hellenic. l. 6. ἐντεῦθεν γνόντες οἱ Μαντινεῖς, ὡς ἐ μὴ ἀποκρίσονται αὐτοῖς, ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοπήσονται. Et dicit alterum esse superfluum.
- Præpositio: cujus significatio
  - Aliena est à sensu verborum propositorum. Ita πρὸς ex Corinthi sententia non solùm in compositione abundat, sed etiam extra compositionem. Profert locum Thucydidis, κὴ πρὸς αὐτῶν τῶν ἀδικουμένων ἐφύετο: cui tamen non fidit H. Steph. In compositione autem & πρὸς & aliæ extra controversiam abundant: ut, μετάγξεσθε idem quod ἄγεσθε: ἀπάνθρωπον idem quod αὖ ἄνθρωπον.
  - Non quidem aliena, sed quæ priùs adhæret, tum alteri Præpositioni: ut quando ἀμφὶ & πρὸ ἐκ παραλλήλου ponuntur. Iliados 2. ἀμφὶ πρὸ κρίλιν ἱερὸν πόπε βώμους, &c. tum Adverbio: ut, si ἐξ præpositio adjungatur adverbiis de loco; quæ tamen jam antea significationem ejus inclusam habeat: ut, ἐξ ἐμέθεν pro, ἔμεθεν, ἐξ ἐραυνόθεν pro ἐρεύνοθεν.

R.

Deficiunt *quinetiam Attica consuetudine in orationis contextu partes orationis*

Articulus. *Atticorum est, inquit Budæus, articulos supprimere. Fit hoc frequenter in nominibus propriis: ut,* Φίλιππός ἐστιν, *pro* ὁ Φίλιππός ἐστιν. *Aristot. in problematibus,* Διὰ τί λύγγα παύει πλαρμὸς, *pro* τὸν λύγγα ὁ πλαρμὸς. *Xenophon.* ἡ γὰρ χόρος ἐξ ἀνθρώπων συγκάμνος ἐστι, *pro* ὁ χόρος. *Ante participia quoque redundat: ut, apud Platonem,* παρῆσθα ἢ αὐτὸς λεγόμενος, *pro* τοῖς λεγομένοις. *H. Stephanus in notis ad Thucydidis, quæ leguntur lib. 7:* ἐν τοῖς χαλεπώτατα δηῆγον, *existimat articulum cum præpositione* ἐν *redundare, pro* χαλεπώτατα δηῆγον, *& rationem structuræ verborum subjungit.*

Nomen. *Ait Corinthus, defectus Atticorum sunt. Deest ergo quandoque substantivum: ut,* ἐν βαγῇ *scilicet* χρόνῳ: κράλων ἀμφοτέρησι, *scilicet* χερσί: κατ' ἐκάστην, *scilicet* ἡμέραν: ποῖον ἔεπες *apud Homerum, scilicet* μῦθον: ἔρχομαι ἐς διδασκάλου, *scilicet* οἶκον: εἰς Ἀπόλλωνος, *scilicet* ναόν. *Apud Lucam Evangel.* διαρήσσειν πολλὰς, *scilicet* πλοίας: *ut & Aristophanes dicit,* ἐπιτρίβεσθ' τυρόμῳ πολλὰς, *scilicet* πλοίας. *Sæpiùs sub articulo suo deficit: ut apud Aristoph.* μὰ τὸν, *scilicet* θεόν: τρίχειν τὸν ἀπὸ ψυχῆς, *scilicet* κίνδυνον: τὸ δρᾶν, *scilicet* τὸ χωρίον: εἰς τὴν ἑαυτῆς, *scilicet* παιδίαν. *Quandoque etiam deest Adjectivum: ut,* Διὰ βίου, *scilicet* ὅλου, *per totum vitam:* Διὰ χρόνου, *scilicet* πολλοῦ: ἐξ ὀνύχων, *scilicet* ἀκροδακτύλων.

Verbum. *Ait Eustathius 2. Iliados, in Agamemnonis oratione, quæ incipit* Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, *Atticam ellipsin inesse verbi* δοκεῖ, *vel* ποιήσω, *vel* θέλω, *vel* ἔχομαι, *vel alterius simulis. Desideratur quandoque* ἐστι: *ut apud Homerum Odysseæ 4:* ἢ ἤδη τέθνηκε, καὶ ἐν εἰδυίῃ δόμοισι, *scilicet* ἐστι. *Deficit quandoque infinitivus sub articulo: ut apud Thucyd.* Δοῦς ἀφὲς τὸ ἐς τὴν χίον ἔπλει ἐς τὴν χῶον, *pro* τὸ ἐς τὴν χίον πλεῖν. *De hoc uberius consulendum moneo H. Stephanum, qui talium Atticismorum proprietatem, multis verbis, exemplisq; copiosis in Attica docuit appendice. Huc etiam pertinet, quod Corinthus* εὐανάπαστον *vocare videtur, si membro conditionali verbum non subjicitur: ut apud Sophoclem,* εἰ μὴ τις ἔνδον ἔξεστιν· εἰ δ' μή, λέγε: *pro* ἔξεισιν, σώπα.

Participium. *Hoc sæpiùs Atticè ad Articulum desideratur: ut,* ὁ σὺν τοῖς ἀρχαίοις, *scilicet* ὤν: ὁ πλησίον, *scil.* ὤν: οἱ περὶ *vel* ἀμφὶ Σωκράτην, *scil.* ὄντες, *qui circa Socratem sunt, vel Socrates.*

Adverbium. *Sic deest* ὦ *exclamandi: ut,* τῆ θράσυς, τῆς ἀναισθησίας, *pro* ὦ τῆ θράσυς, ὦ τῆς ἀναισθησίας. *Item* ὡς: *ut apud Thucydidem,* τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις χρῶντες, *pro* ὡς ἀλλοτριωτάτοις. *Negativum quoque: ut apud Demosthenem,* ὥστε σὺ δεῖ ὅπως τάττων ἀπολογήσεται, *pro* ὥστε δεῖ μὴ ὅπως, *&c. Ἕνεκα similiter omittitur: ut apud Thucydidem,* τῆ μὴ πινα ζητῆσαι πότε, *pro* ἕνεκα τῆ: *& apud Matthæum cap. 2.* μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό, *pro* ἕνεκα τοῦ. Μᾶλλον: *ut apud Lucam cap. 18:* κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος; *pro* μᾶλλον δεδικαιωμένος: *& in proverbiali senario,* θέλω τύχης σκαιαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον *pro* μᾶλλον θέλω. *Sic in 1. ad Corinth. cap. 14.* ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ, *pro* θέλω μᾶλλον. Μόνον *item: ut, Paulus ad Rom. cap. 4:* ὁ μακαρισμὸς οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν, *pro* ἐπὶ τὴν περιτομὴν μόνον *Sic apud Xenophontem 3. anabas.* τοὺς θεοὺς προσκυνοῦμεν, *pro* τοὺς θεοὺς μόνον. *Deficiunt etiam Attica consuetudine* ὥστε, ἄλλως, ὀλίγου, *& alia, quorum exempla quotidiana dabit lectio.*

Præpositio: *ut,* ταῦτ' ἄρα, *pro* Διὰ ταῦτα. *Ait H. Stephanus, Post* ταῦτα *positum* ἐλλειπτικῶς *additur frequenter particula* δή, τοι, ἦ, ἄρα, *&c. ut apud Plat. in Symposio.* ταῦτα δὴ ἐκελευσάμην, *pro* Διὰ ταῦτα: γνώμην ἐμὴν, *pro* κατ' ἐμὴν γνώμην: ὧν ἔπαθον *pro* ὑπὲρ ὧν ἔπαθον. *Sic etiam desunt,* ἀπὸ, αὐτὶ, ἀντὶ, ἐν, ἐπὶ, περὶ, ποτὶ, ποτὸς, σὺν, ὑπὸ, *&c. Apud Xenoph.* παιδὸς μὲν ἦ λέγεται Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, *pro* ἐκ *vel* ἀπὸ παιδός. *Isocrates autem & alii exprimunt quandoque in tali loquendi ratione præpositionem: ut,* ποτὸς ἦ μητρὸς ἀπὸ Διὸς ὤν. *Huc etiam pertinet Synecdoche Grammatica,* καλὸς τὸ σῶμα, *pro* κατὰ τὸ σῶμα, *quæ ellipsis tam est in usu, ut* κλίσει μὲν *sit Atticæ linguæ,* χρήσῃ δ' *Communis. Nonnunquam præpositiones in compositis quoque desiderantur: ut Iliados 1.* ἀλλ' ἴθι, *pro* ἀλλ' ἄπιθι. *Sic* ἄπτερος *pro* κατάπτερος.

S.

Mutantur *autem nonnulla ab Atticis, in orationis structura, quatenus ea, quæ cohærent, diversa sunt à communi usu, ratione tum*

Ordinis, *qui invertitur, ut posteriora prius, priora posterius collocentur: in quo cum eius quod transfertur mutatione vel*

Præcedentis *additur membro sequenti, tum mutat Atticè accusativum in nominativum: ut apud Xenophontem in Symposio,* ἀλλ' οἶδείς σοι, ἔφη, εὐπλέγει, τὸ μὴ δ' λέξειν, ὅτι ἐκεῖνος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι, *pro* τὸ μὴ δ' λέξειν ἐκεῖνον, ὅτι ἡγεῖται. *Item Xenophon. 1. anab.* ὥστε ὥρα λέγειν, ὅ, τι τις, γινώσκει ἄριστον εἶναι, *pro* ὥρα λέγειν τινα, ὅ, τι γιγνώσκει, *&c.*

Aliqua. *Etenim quando nomen membri*

Sequentis *attribuitur membro præcedenti, tum mutat Atticè nominativum in accusativum. Fit hoc inprimis cum verbis* ὁρῶ, οἶδα, φοβέομαι, *quæ nomen eo casu, qui ipsis acceptus est, admittunt: ut, apud Demosthenem,* ἑαυτῶν γὰρ ἡμᾶς, οἷα ἐσυκοφαντήμεθα ὑπὸ τούτων, *pro* ἑαυτῶν, οἷα ἡμεῖς ἐσυκοφαντήμεθα. *Marci 1. & Lucæ 4:* οἶδά σε, τίς εἶ, *pro* οἶδά, τίς συὲ. *& Paulus 1. ad Corinth. ultim.* οἴδατε, τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, *pro* οἴδατε, ὅτι ἡ οἰκία Στεφανᾶ.

Nulla. *Accidit quandoque, ut id, quod præcedentis membri fuisset, posteriori, nulla sui parte mutatum, Atticè inseratur: ut apud Aristotelem 3. polit.* ἐθέλεις γὰρ ἔκων ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τυραννίδα ἔχειν, *pro* ἐθέλεις τῶν ἐλευθέρων. *Sic negativa quandoque particula non datur sub verbo: ut,* εἰσπένης δ' νομίζεσιν, *pro* νομίζεσιν οὐκ εἰσπλουτεῖν. *Nec articulus suo adhæret nomini: ut apud Aristoph. in Achar.* τὰς νυμφίδιους λίθους χαμᾶζε ἔρριψαν, *pro* τὰς λίθους νυμφιδίους, *&c. Lucianus in Nigrino,* τὰ γὰρ μοι πάθη, τὰ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἡδέατο, *pro* τὰ πάθη γὰρ, *&c. Plutarchus in Symposio,* οἱ ἦ τὰ μυλοθρικὰ, καὶ τὰ κοῖλα τῆς χώρας, Αἰγύπλιοι γεγονότες, ἐνῳκοῦν Αἰγύπλιοι ἦ, *&c. quæ verba vult Stephanus exemplo cujusdam Attici scriptoris dicta esse.*

Terminationis, *quæ apud Atticos diversis modis evariat. Vide sign.* T

T. Terminatio pluriũm verborum ſyntactice cohærẽtium, Attica conſuetudine à communibus loquendi regulis diverſa, obſervari debebit in orationis membro vel

Duobus, vel Pluribus. Vide ſing. X.

Vno, & vocatur τῆς φράσεως ἐνάλλαξις, in omnibus Orationis partibus conſideranda: in

Nomine: variatum

Articulo: ratione tum

Generis, ubi notandum

1. Τὸ & τῷ ſine accentu in fœminino genere adduntur nominibus Atticè. Scribit ſchol. Sophoclis, quemadmodum ὄνειναι communis eſt generis Aeolibus, ſic Atticis τὸ & τῷ: ut, ὅτε τὸ κλύων σάλπιγγος: & τὸ χρεάς: & ὦ τύχη γε τῷ. Videtur autem pro τινὸς & τινὶ poni.

2. Nonnullis fœmininis in duali numero additur articulus maſculinus Atticè: ut apud Platonem τὼ τέχνα, pro ταὶ τέχναι: apud Xenophontem τὼ ἡμέρᾳ pro ταὶ ἡμέραι. Vel ſaltem nomina, quæ priùs fœminina erant, jam inter maſculina Attica recepta ſunt.

3. Articulus præpoſitivus neutrius generis τὸ, cum genitivo plurali, uſurpatur pro quovis alio genere ſingularis numeri: ut, τὸ τῶν ὀνύχων, pro οἱ ὄνυχες apud Thucydidẽ: τὰ τῆς πολέμου, pro ὁ πόλεμος: & apud Plutarchum, τὸ τῆς ὀργῆς pro ἡ ὀργή.

Numeri, Quandoque articulus pluralis numeri cum præpoſitione σὺν, uſurpatur Atticè loco ſingularis: ut, οἱ σὺν Πλάτωνα pro ὁ Πλάτων.

Speciei: Nam

Qualitatis. Subſtantiva uſurpant pro adjectivis Attici, teſte Caninio: ut, ἄνθρωπον ἦθος pro ἀνθρώπινον: ἕλκας Αἰολικῶς, pro ἑλκωτικὰ: γυνὴ μοιχός, pro γυναικεῖος. Hoc etiam dici poteſt, nomen primitivum ſumptum eſſe pro derivativo.

Derivativa: nempe

Primitiva uſurpantur Atticè pro

Comparativis: ut in Pſalm. 117: ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ ἐπ' ἄνθρωπον: ubi ἀγαθὸν pro ἄμεινον ponitur. Niſi ſubaudiri quis velit μᾶλλον pro μᾶλλον ἀγαθὸν, de quo in adverbiis deficientibus.

Poſſeſſivis: ut apud Homerum Il. 24: ἕλκας γλωσσᾶς pro ἑλκωτικὴ, ὅβολον χρυσοῦν pro χρυσῆν. Convenit cum eo quod jam dictum eſt, ſubſtantivũ pro adjectivo uſurpari.

Comparativa Atticè ſumuntur pro

Poſitivis: ut, Lucæ 17: Ἀ'θλιώτεροι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς ἑδὸν ἕτερον δικαίαν, ἢ λέγω, τὴ καλὴν καινοτέραν, pro καινόν. Ita loquitur Demoſth. πωλωνόμενοι καὶ τῶν ἀγορᾶν εἴ τι λέγεται νεότερον, pro νέον. Pejus hunc comparativorum p.o poſitivis, non audet Stephanus affirmare Atticum, quamvis id Corinthus dicat & ſcholiaſtes Thucydidis. Affert tamen illius exempla ex Demoſth. & alio: ut ſibi vix conſtare videatur.

Superlativis: ut apud Syneſium, μακρῷ πάντων βαρύτερος pro βαρύτατος. 1. ad Corinth. 13: μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, pro μεγίστη.

Superlativa apud Atticos uſurpantur pro Comparativis: ut, θηλωθέστατος πάντων pro θηλωδέστερος. Apud Ariſtot. κινητικώτατα ἐστι κυβερνῶντα τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν pro κινητικώτερα.

Denominativa pro Primitivis adhibent Attici: ut, παρθενικὴ pro παρθένος. Hoc tamen Stephanus merè poëticum eſſe ait, & Atticis inuſitatum: & peccare Corinthum, quod quodlibet ſermonis genus, à communi lingua remotum, etiam ſine exemplo, Atticis tribuerit.

Numeri: Nam

Singulari numero Attici vice pluralis nonnunquam utuntur. Ita Thucydides τὸν Λακεδαιμονᾶ, τὸν Συρακόσιον dicit, pro τὰς Λακεδαίμονας, τὰς Συρακοσίας: quod reprehendit Dionyſius Halicarnaſſæus, quaſi apud ſolum Thucydidem id fieret, cùm tamen etiam apud Demoſthenem, Ariſtophanem & alios reperiatur.

Dualis loco pluralis apud Atticos frequenter in uſu eſt: quum amens dualem.

Pluralis ab Atticis adhibetur loco

Dualis: ut apud Homerum, Ἀ'τρειδαίτε καὶ ἄλλοι, pro ἀτρεῖδαι: cùm duo tantùm Atridæ fuerint, Agamemnon & Menelaus.

Singularis: nimirum, Collectivo nomini ſingulari adjungitur adjectivum plurale. Hoc quamvis videatur ex traditione quoq; Grammaticorum communis eſſe dialecti, & Syntheſis dici: attamen Stephanus Atticis proprium facit ſitq; adeo ἀποδιδόναι πρὸς τὸ σημαινόμενον, ἀ πρὸς τὸν φωνὴν: ſive μὴ ἀποδιδόναι πρὸς τὸν συνῳκίσμενον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον: ut apud Demoſth. ὑμεῖς γὰρ ὁ δῆμος κάθησθε σύνεσι δεδομένοι. Præterea neutra adduntur verbis aut participiis ſingularibus perſonalibus in numero plurali: ut apud Lucianum, ταῦτα λῆρός ἐστι. Et apud Platonem, δόξαν ἡμῖν ταῦτα, pro δόξαντα.

Casus. Etenim

Nominativus Atticè ſumitur pro Genitivo: ut, apud Hom. οἱ γὰρ δύο σκόπελοι, &c. pro τοῖν γὰρ δυοῖν σκοπέλοιν, nimirum pro duobus genitivis abſolutè poſitis, uſurpant Attici duos nominativos: ut, apud Philonem Iudæum de Mundo: πᾶν γὰρ τὸ αἰσθητὸν ἐν ῥύσει καὶ μεταβολαῖς ἀδιάπαυστος καὶ πολυτρόπους, καὶ μηδέποτε ταὐτὰ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τῷ μὲν ἀορίστῳ καὶ νοητῷ προσφυέσθαι, &c. pro παντὸς γὰρ τοῦ αἰσθητοῦ ὄντος, &c. Pro Vocativo etiam: ut, ὦ φίλος pro ὦ φίλε: inprimis cum Imperativo: ut Marci 5: ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον.

Genitivus Atticè uſurpatur pro Accuſativo: ut apud Homer. ὄφρα πίνοι οἴνοιο, pro οἶνον. Apud Platonem, ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου, pro τὸν οἶνον. Putat Stephanus cum Euſtathio ſubaudiri poſſe μέρος, vel τι: ut, πίνοι οἴνου ſcil. μέρος. Pro Nominativo ſingulari, ſi regatur à verbo ſubſtantivo: ut, Κροῖσός ἐστι τῶν πλουσίων, pro πλούσιος.

Dativus pro Genitivo abſolutè Atticè collocatur: ut apud Thucyd. lib. 4: κατὰ χωρήσασι δὲ καὶπερ χαλεπὸν ὂν, ὅμως ἔσται, μᾶλλον κωλύοντος, pro κατὰ χωρησάντων. Matth. 8: καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, pro καταβάντος, &c.

Accuſativus Atticè pro Genitivo ſumitur, propter vim verborũ privandi & ſentiendi: ut, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα pro τῶν χρημάτων: ἀκούω σε λέγοντα pro σου λέγοντος. Sic Philop. pro Dativo: ut, apud Thucyd. εἰ ἔν τί σε τούτων ἀρέσκει pro τοι τούτων: οἷα μὴ ποιεῖς, pro μοι.

Vocativus pro Nominativo Atticis familiaris eſt: ut, νεφεληγερέτα Ζεῦς, pro νεφεληγερέτης. Hoc Stephanus non Atticorum, ſed Aeolum & Boeotorum eſſe contendit.

Reliqu partibus orationis, de quibus ſigno V.

V. Est quoque Atticè constructionis varietas considerandа in cæteris partibus: in

Pronomine, ratione

Significationis. *Articum est sumere relativum* αὐτὸς *pro reciproco* ὡυτὸς: *ut Psalm.* 103: ἐγνώρισε τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ τὰ θελήματα αὐτῦ *pro* αὐτῦ. *Apud Plut. in Apopht. Antigoni,* ἀξιώντος τὸν κρίσιν αὐτὸν χρήσαι, *petente sibi judicium instituì,* αὐτὸν *pro* αὐτόν. *Vicissim etiam Attici usurpant Reciprocum loco relativi: ut apud Thucyd. lib.* 2: μεθ' ἑαυτὸν, *pro* μέθ' αὐτὸν, *post eum. In Apocalypsi cap.* 9: ὄνομα ἐαυτῦ ἐβραϊστὶ Ἀβδαδών, *pro* ὄνομα αὐτῦ.

Numeri. *In Pronominibus etiam plurali numero quandoq; utuntur Attici, loco singularis: ut apud Isocr. in Panegyr.* ἐὰν πείθωσι καλοκαγαθίζεσιν, ἐξ ὧν ἔσται αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐγκλήματα, *pro* ἐξ οὗ.

Casus. *Relativum Atticè sequitur casum præcedentis verbi, non sequentis: ut,* χρῶμαι, οἷς ἔχω, βιβλίοις, *pro* χρῶμαι βιβλίοις, ἃ ἔχω. *Valdè hoc est familiare Græcis, & appellatur à Schol. Sophoclis* συνυπάγειν τὸν λόγον τῇ ὑποκειμενικῇ ἀρθρῳ.

Generum. *Nam*

Passivis *utuntur Attici pro Activis: ut,* ἠκούετο *pro* ἤκουε, ἐκέλευετο *pro* ἐκέλευε. *Philoponus ait semper hoc agere Atticos: cùm tamen plerunq; tantùm non semper. Nec oratoribus Atticis hoc adeò frequens est, qui solo futuro medio impensè delectantur: ut,* ἀκούσομαι *pro* ἀκούσω, *non* ἀκούομαι *pro* ἀκούω.

Activa *pro Passivis usurpant Attici: ut apud Hom.* βαλὼν *pro* βαλθεὶς, *& apud Thucyd. lib.* 1: ἐπιμιγνύντες ἀλλήλοις, *pro* ἐπιμιγνύμενοι, *invicem mixti sine formidine. Id ita vetus interpres intelligendum dicit.*

Modorum.

Indicativo *vice Optativi utuntur Attici. Observat hoc H. Stephanus: ut apud Demosth.* ἃ γὰρ ἐζήτουν οἱ Ἀθηναῖοι, ἔστε ῥήτορας, ἔστε στρατηγὸν, οἷς ὅτε δικαίως συνέβη εὐτυχῶς, *pro* δικαίως ἔβη. *Apud Xenoph.* 2. *Pæd.* εἰ σὺ ἔλθοι, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιήμην, *pro* ποιοίμην, *arma conficerem.*

Imperativo *utuntur Attici pro*

Indicativo: *ut,* δράσον *pro* δράσῃς, *apud Eurip. Dicit hoc Corinthus, negat Stephanus in appendice Attica, & ad Corinthi exempla respondet. Apud Menandrum* οἶδ' ὅτι ποίησον, *pro* ποιήσῃς.

Subjunctivo: *ut apud Aristoph.* μὴ ψοῦσον, *pro* μὴ ψοῦσῃς.

Optativũ *usurpant Attici loco*

Indicativi: *ut apud Thucyd.* καθαιροῦσθαι *pro* κατέλυον, λαλήσει *pro* ἐλάλησε. *Apud Xenophon.* καθαφρονοῖη *pro* καθαφρονεῖ, πέμποι *pro* πέμπει. *Dicit Eustath. Optativum loco præteritorum sumi, Indicativi non meminit.*

Imperativi, *ut annotat scholiastes Lycophronis: ut,* κλύοις αὖ *pro* κλῦθι. *Ait Nicandri scholiastes Optativum* πυνθοίης *sumi pro Imperativo* πῦθι: *id est,* σώσει, γνῶθι.

Subjunctivi, *teste Io. Grammatico: ut,* ἐὰν ἔλθοις *pro* ἐὰν ἔλθῃς. *Stephanus desiderat exemplum probati auctoris.*

Infinitivum *adhibet Attici pro*

Imperativo; *ut apud Homerum,* ὣς περ μῦθον ἐμοὶ εἰπεῖν *pro* μῦθε. *Possumus tamen cum Eustathio subaudire verbum* κελεύω. *Sic apud Hesiodum* γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δ' βοωτεῖν, *subaudiri potest* ἐπιτάσσομαι. *H. Stephanus non audet affirmare hoc ab Atticis fluxisse.*

Indicativo, *inprimis Aoristum Infinitivi, ut observat Stephanus: ut,* ἐπειδὴ δ' ἀκούειν, *pro* ἤκουσε, *apud Demosth.*

Temporum.

Præsenti *tempore utuntur Attici pro* Imperfecto: *ut,* ἴασι *pro* ἴουν, *teste H. Stephano. Pro* Futuro *etiam, inprimis verbi* εἶμι *& compositorum. Apud Homerum hæc* ἀνάλυξις *frequens est, ut Attici ipsum imitati esse credantur. Sive jam futuro careat verbum, sive formet ut præsens: ut,* ἔπεσιν *pro* ἐπελεύσεται, τελεῖ *pro* τελεῖ, Ἀφικνοῦμαι *pro* Ἀφίξομαι. *Apud Hesiodum,* τῇ δ' εἶς, *hac ibis, & apud Homerum* εἶμι, *ibo.*

Imperfectum *pro Præsenti nonnunquam usurpant Attici: ut apud Hesiodum,* τὸν ἄρα μῦθον ἔλω ἐελδομαι ἠδὲ τελέσσω. ἔλω *pro* ἕλω.

Perfectum *loco Præsentis apud Atticos in usu est: ut,* ἤλπικα *pro* ἐλπίζω, νενόμικα *pro* νομίζω. *Lucianus in Toxaride ait:* θεὸς εἶναι πέπεισθε αὐτὸς, *pro* πείθει. *Aristoph.* ὅτως ὡπὼς πεπεισμένω ἢ πφόβημαι, *pro* φοβοῦμαι.

Plusquamperfecto *utuntur Attici loco* Præsentis: *ut apud Hesiod. 2. Oper.* τὸν ὃ μετ' ὀρθρογόην πωλεῦσι ὦρξε χελιδών: ὦρξε *pro* ὄρνυται, *ab* ὄρομαι. *Loco* Imperfecti: *ut apud Xenoph. 2. Cyrop.* ὁ μὲν πατὴρ πάλιν εἰς πέρσας ἀπῆει· κῦρος δ' εἰς μήδους ἐπορεύετο· ἀπῆει *pro* ἀπῆ.

Aoristum *utrumq;, sed maximè primum, usurpant Attici pro* Præsenti: *ut Soph.* σὸν ἀπώλεσα *pro* σὸν ἀπόλλυσι. Pro Futuro: *ut apud Callim.* ἃ γὰρ ἀπλάς ὑμετέρας ἐφύλαξα: *ubi schol. ait* ἐφύλαξα *pro* φυλάξω *dici.*

Futurum *adhibent Attici vice Præsentis, aut Aoristi in Infinitivo: ut apud Thucyd. lib.* 8: κὴ Ἀλκιβιάδην ὁπόσοι τι δύνανται Σάμῳ σφσι δώσοντα, μὴ ὄντως τῆς σφετέρας γνώμης, τούτων πάντων τὰς σφαγὰς λαβόντες ἐᾶσειν: *ubi scholiastes,* ἐᾶσειν *pro* ἐᾶσεν *positum esse admonet. Plutarchus in Apophthegm. Antigoni:* οἶει τὸν ὄμηρον γόγγρον ἔψειν *pro* ἔψαι. Futurum *etiam Medium pro Præsenti activo sumi Atticè, docet Moscopulus in Syntaxi.*

Numerorum. *Est enim Atticorum synthesis propria, de qua in Nominum numero etiam diximus, quando collectivo singulari additur verbum plurale: ut apud Thucyd.* ὁ δῆμος ὁ πολὺ σφῶν ἀλλήλους ἔκλαιε ἦσαν, *pro* λύ. *Et apud Homerum:* ὡς φάσαν ἡ πλῆθυς: φάσαν *pro* ἔφη. *Huc etiam pertinet quando Neutro plurali frequenter Atticè jungitur verbum singulare: ut apud Lucam,* ἔσπερμά ἐστι πάντα, *pro* εἰσι.

Participio. *Vide sign.* ❦

Adverbio: *Attici adverbiis non rarò addunt articulos: ut,* τὰ πρῶτα *pro* πρῶτον, τὰ μάλιστα *pro* μάλιστα, τὸ παραυτίκα, τὸ καθεξῆς *pro* παραυτίκα καθεξῆς.

Præpositione. *Casum enim mutat:*

Ἐπὶ, *in significatione motus ad locum pro accusativo genitivum habet: ut apud Thucyd. lib.* 2: ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου *pro* οἶκον. *Nonnunquam etiam* ἐπὶ *accusativo junctum Atticè pro* κατὰ *cum genitivo usurpatur: ut* ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν *pro* κατ' ἡμῶν.

Εἰς *loco accusativi genitivum acquirit Atticè: ut,* εἰς ἄδου *pro* εἰς ἅιδου. *Hoc tamen alii nominis defectum, de quo dictum est, causantur, pro* εἰς ἅιδου τόπον. *Aliàs etiam, teste Stephano,* εἰς *pro* κατὰ *sumitur: ut,* εἰς πάντως, *pro* κατὰ πάντων *ut, &* ἐπὶ.

Ἐν *Atticè admittit genitivum loco dativi: ut,* ἐν ἅιδου *pro* ἐν ἅιδῃ. *H. Stephanus hoc ellipsin proprii casus observandam dicit, pro* ἐν ἅιδου τόπῳ.

Ἀμφὶ *accusativo penes Atticos jungitur, loco genitivi: ut,* Ἀμφὶ πόλιν *pro* πόλεως.

Ὑπὸ *dativum vice genitivi regit Atticè: ut,* ὑπ' ἀρετῇ κὴ ἐκθορᾷ. *pro* ὑπ' ἀρετῆς κὴ ἐκθορᾶς. *Sic scribit Eustathius.* Genitivum *item, vice accusativi: ut apud Homerum Iliad. 2:* ὑπὸ πλεύνων λάβῃ, *pro* ὑπὸ πλεύνας.

Participiũ *in verborum conſtructione mutant Attici per*

- **Heteroſin**
  - **Temporum.** *Præſens tempus uſurpant Attici loco Futuri: ut apud Demoſth.* ἐπιόντα *pro* ἐπελθοῦσάν.
  - **Caſuum.** *Participia* δέον, πρέπον, παρὸν ἔξον, ὠὸν πεσσῆκον, μέλον, τυχὸν, δόξαν, δόκων, aliaq; *ſimilia in accuſativo uſurpant Attici, cùm in Genitivo deberent. Dicit ſchol. Sophoclis, Atticos nonnunquam* πλαγιάζειν, *hoc eſt, in obliquo caſu efferre τὰ ἀδέλφεα μέλοντα, participialia neutra* ἔξον παρὸν, ἐὸν &c. *eamq; conſtructionem vocat* πλαγιασμὸν: *vt, Iyſias ait:* παρὸν μὲν πολλῶν χρημάτων γαμαι ἄλλην, *pro* παρόντων, *cum poſſet opulentam aliam ducere. Ita* ἔξον *pro* ἐξόντων, τυχὸν *pro* τυχόντων, δόξαν *pro* δόξασιν, ἄδηλον ὂν, *pro* ἀδήλων ὄντων. *Id verò non ſolùm in Præſenti participii, ſed etiã in Aoriſto & Futuro fieri ſolet: ut,* δρᾶσαν *pro* δράσαντος, δρᾶσον *pro* δρασόντων: *inprimis cum particulis* ὡς *&* ὥσπερ: *ut,* ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, *pro* ὡς τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος: *item* ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν πνὰ ἔσαν, *pro* χώρας τινὸς ἔσης, *tanquam nullum ei territorium fuiſſet. Sic Clenardus.*
- **Antimereian.** *Participium Atticè ſumitur pro*
  - **Nomine:** *ut,* οἱ φοβούμενοι *pro* οἱ φυγάδες, θεόμβροι *pro* θεάται, ἀλωὼβροι *pro* ἀλωάδες.
  - **Verbo:** *idque tribus ferè modis:*
    1. **Indicativi,** *aliúsve modi loco utuntur Attici participiis: ut apud Demoſth.* οὗτος ὁ παὶς τῶν ἀλοικῶν, *pro* ὅτις ἀλοικεῖ. *Item* τὸ τοῦτο φρονακίσας, *pro* τὸ ὅτις τοῦτο ἐφρόνακισε. *Apud Thucydidem,* ἐπεμψαν Δημοθένη ἐξόντα, *pro* ἵνα ἐξάγῃ. *Item* ἠκωνίσαντο, *pro* ἵνα ποιήσω.
    2. **Infinitivo** *neglecto uſurpant Participium Attici: ut apud Ariſtoph.* ἴσθι τοῦτ' ἔτος ἔχον: *pro* ἔχειν: Δαπτὰ ποιῶν, *pro* ποιεῖν: μέμνημαι ποιήσας *pro* ποιῆσαι. *Simile eſt quod ait Thucydides lib. 1.* τῷ τῶν μὴ μελετῶντι ἀξιωστότεροι ἕσονται *pro* τοῦ τῶν μὴ μελετᾶν. *Grammatici dicunt, verbis cognitionis, perſeverandi, deſiſtendi, & aliis nonnullis hoc contingere.*
    3. **Circumſcribunt** *verbum Attici adhibito participio & verbo ſubſtantivo, aut alio aliquo, habente ſignificationem congenerem, quale eſt* εἰμὶ, τυγχάνω, γίνομαι, &c. *ut,* σὺ ἔσῃ σωπῶν, *pro* σὺ σωπήσεις. *Cùm enim ſint Philomẽthoi, pro verbo σωπήσω, uſurpant participium σιωπῶν. Hoc autem, quia per ſe non abſolvit ſententiam, opus habet verbo ſubſtantivo, quod ſolum tempus adſignificet, aut certè alio verbo, quod diſcrepantem ſignificationem non habeat: ut,* ἦσαν ἐγγίζοντες πρὸ ἤγγιζον: ἠλιθιώτατα τὰ ὦτά σε πεφυκότα, *pro* πέφυκε τὰ ὦτά σε: ἥκει φέρων *pro* φέρει: διεδωκότες ὦσιν *pro* διεδωκᾶσιν σύθυράς, *apud Demoſthenem. Sic* τῷ πληθει βουλομένῳ ἦν *pro* τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο: εἰ σοι ἡδομένῳ ἐστὶ *pro* εἰ ἥδεται.

  Adverbio: *ut,* πεφόβημαι αὐσας, *fac properè, pro* αὐσίμως. *Ariſtoph. in Pluto,* περαινεῖνω, ὅ, πλέγδ, αὐσας ποτὲ *Dicit H. Stephanus heic evenire, ut participium in verbum & viciſſim verbum in participium mutetur: ut,* πεφόβημαι αὐσας, *& ἄνυε πεφόβημαι. Interea adhibent Attici participium loco adverbii, quia rim verbi aliquam includens, efficaciorem reddit orationem, quàm ſimplex adverbium.*

Generis. *Poſterius membrum apud Atticos vel habet* Maſculinum *genus pro neutro: ut apud Demoſthenem,* μοὶ δοκῶ τὰ ζῳοῦντα κινάδη, οἱ πεποιήκασι μοὶ ἀδὲν, *pro* ἃ πεποιήκασι. *Et apud Anacreontem,* βρίθω μοὶ ἐσορᾶν, φέρουσα τόξον *pro* φέρον. **Vel** Maſculinum *pro Fœminino: ut apud Demoſth.* ἢ τῶν πάλαι ἔλεγεν ἡ μικρὰ ἢ αὐασθὴς κεφαλὴ, ἐξελήλυθὼς τὴν πεντεραίαν πάλαι Α'ελευθέρα *pro* ἐξελήλυθεν. *Hoc in relativis etiam contingit: ut apud Platonem in Philebo,* λόγοι μοὶ εἰσὶν ὧν ἐκάστοις ἡμῶν, ὅσ ἐλπίδας ὀνομάζομεν, *pro* λόγοι, ἃς ἐλπίδας, *&c. Vel* Neutrum *loco Fœminini: ut, apud Thucyd.* ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο, γράφει τοῖς Α'θηναίοις: λεγόμενον μοὶ ἢ πρότερον, *pro* λεγομένη μοι.

Numeri. *Quod in ſimplici membro fit, id etiam in pluribus, ut nomini collectivo ſingulari adjiciatur Atticè in ſequenti membro numerus pluralis: ut apud Xenophontem Hell. 2.* ἐπιόντας ὁ αὐτὸς ὄχλος πρόσεχεν τόλυς, φοβούμενοι μὴ ἅπαντες ἥκοιεν. *Heic ſingulari* ὄχλος *additur pluralis* φοβούμενοι. *Apud Sophoclem in Antigono:* ὅσις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, ἢ γλῶσσαν, ἢν σὺκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν οὗτοι ἀναψυχθέντες ἀφίσιν κενοί, *pro* οὗτος. *Dicit ſcholiaſtes Atticum eſſe, ſingularibus pluralia adjungere.*

Caſus: *ubi notandum:*

1. **Tranſitur** *quandoque Atticè à genitivo ad accuſativum: ut apud Ariſtot.* ὡς ἐχ' ἡμέρας φύσῃ τῆς Δαμέλητα ἔσης, ἢ τῆς φωνῆς, ἀλλ' οὐ διεχομένων πλατείαν, *pro* ἀλλ' οὐ διεχομένης: *ubi etiam fœmininum in neutrum genus tranſit. Quandoq; etiam à dativo ad accuſativum: ut apud Demoſthenem,* ὁ πεντεκτὴν ὑμῖν ἐπιτρέψας τοῖς τοτὲ λόγοις, εἰσέλθοι ὅπως ἂν παῖδάν τοτὲ γένηται σωφέρεια: εἰσέλθοις *pro* εἰσέλθοι.
2. **Oratio** *nonnunquam obliquis caſibus præcedentibus, recto clauditur: ut* ζῇ ἄνθρωπος ἔση ὀγδοήκοντα, ἢ σὺν ἑκατὸν, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρόβιον, *pro* ὃ ἔστι τὸ μακρόβιος. *Sic Hiſpanus. Niſi velimus τὸ μακρόβιον adverbium eſſe, ſignificans longissimè. Ita apud Gregorium Ioannes βαπτίζει, πεφυσιωμένος, ἀγελάσων, τυχὸν μὲν καὶ τὸν βαπτιστὴν τὸ ἔστε δηλοῖ πάλαι τὸν παλαιὸν Α'δὰμ, &c. pro* ὃ δὲ πεφύλακται, *Poſſumus autem dicere, hunc nominativum ceu per parentheſin reliquis aſſociari.*
3. **Caſus** *nonnunquam apud Atticos præcedentium conſtructionem non admittit, propter vim verbi ſequentis, à quo regitur: ut apud Philoſtratum,* ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάρου, τὸ θεῶμα τὸ ἑλληνικὸν πολλὰ μοὶ αὐτὸς καὶ πολυειδὴς αἰ μορφαί. *Hic nominativus* Πρωτεὺς *præcedit, cui verbum finitum adhærens regere deberet ſequentem caſum accuſativum: ut* ὁ Πρωτεὺς ἔχει πολλὰς μορφάς. *Sed quia ſequens verbum eſt,* non ἔχω, ſed ἔμαι, *ſubaudiendum, quod ſua natura cum genitivo perſonæ & nominativo rei jungitur, ideo* πολλαὶ *nominativus eſt, reſpiciens ἔσι, quod ſubauditur, diſcordans à præcedentium nominativa conſtructione.*

Temporis. *Membra nonnunquam temporibus Atticè diſcordant: ut apud Syneſium,* σὺ ὑγιαίνοις, καὶ ἅσπασαι τὰς μακρὰς ἑτέρας. *Heic ἄσπασαι aoriſtus primus eſt,* ὑγιαίνοις *præſens: ſimul etiam modo diverſa ſunt, hoc Optativi, illo Imperativi exiſtente.*

Modi. *Modis etiam diverſis junguntur membra apud Atticos: ut apud Xenoph. 2. Cyrop.* τὰς μὲν ἵππους, τὰς δὲ τῇ ἀσπίδι οἰκεῖος, ἀδὲν πω σαφὲς λέγεται, εἰ ἔφοντας. *Hic Indicativus conditionalis, ſumitur pro infinitivo* ἔφεσθαι.

Perſonæ. *Huc pertinet quando Oratio* ἀπὸ τῆς διηγηματικῆς ἕδρας *ſeu* τύπου *ad* μιμητικὸν, *ab obliquo ad rectum tranſit: ut, Luc. cap. 5:* καὶ αὐτὸς παρήγγελκεν αὐτῷ μηδὲν εἰπεῖν· ἀλλ' ἀπελθὼν, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἀρχιερεῖ.

Plura *etiam orationis membra præter communem uſum ab Atticis junguntur: ut poſterius ab antecedente diverſum fit, & vocari ſolet* πρὸς τὸ σημαινόμενον, *non* πρὸς τὴν φωνὴν *ſeu* λέξιν, *ad ſenſum non ad verba reſpicere: item* πρὸς τὸ σημαινόμενον *vel* νοητὸν ἀποδιδόναι, ἀλλ' ὁ πρὸς τὴν συνῳδίαν: *item,* καταλλήλως ἔχειν, *&* κατάλληλον εἶναι πρὸς τὸ σημαινόμενον. *Diverſitas autem illa oritur oratione usu*

DIALECTVS IONICA.

Antiqua IAS intercidit, ob inhabitantium commutationem. At cùm ex Attica in Asiã, tempore regni Daiaici, ut nonnulli existimant, colonias deduxissent Iones. Ephesum, Miletũ, Samium, aliasq; pra lxas urbes condidissent, Ionum regio constituta est, quæ terra Ionia dicta, in quaque, qua utebantur, Ionica: quam vir. præstãtissimi, Pythagoras, Hippocrates, Homerus, Hesiodus, Phocyllides, Theognis, Herodotus, Anacreon, Archilochus, aliique complures monumentis literarum celebrem reddiderunt. De hac compendiosè & methodicè acturi generalissima divisione considerabimus, tum

Votem ipsam, quæ à communi usu diversa est: sive sit

Vna tantùm: quæ apud Iones variat vel

Significationem: quã hactenus usitatis dictionibus attribuunt Iones diversã: quod in partibus orationis, exempli grati, ostendi potest: in

Articulo. *Iones enim frequenter utuntur præpositivis loco subjunctivorum: ut,* τὸν *pro* ὅν. *Ait Hom. Iliad. 1:* τὸν ἦ οὔ κεμ τέκε λητώ. *Dicunt alii, postpositivo per* ἐπίθεσιν *accedere.*

Nomine. *Herodotus in quinto testis est, prisca consuetudine in pellibus caprinis & ovillis scriptitatum esse. Quæ cùm βίβλους vocarent prisci Iones, translatum est nomen ad ipsa scripta, ut annotat Suidas ex Polydor. lib. 2. cap. 8. de rerum invent.* Ἐποικος, *domesticus, Ionicè conterraneus.* Λόγχη *lancea: Ionicè, ut scribit Etymol. & Hesych. sors, portio.* Μύθος *fabula: Ionicè sermo.* Οὐ μὴν, *vades, obses: Ionicè cautus.* Τέλος *finis: Ionicè sumptus.* Τεῦχος, *fragmentum: Ionicè summa vel extrema pars montis, τὸ ἀκρωτήριον.* Φάρμακον, *venenum: Ionicè color.*

Pronomine. Εὁς *Ionicè pro* σός. Σφέες *pro* αὐτοί.

Verbo. Ἀνήκω, *occurro: Ionicè bellum gero.* Ἀναιρέω, *occido: Ionicè vaticinor.* Ἀναγνώσκω, *recognosco: Ionicè persuadeo.* Σπερχόω, *luxurior: Ionicè desidero.* Εἶναι *pro* χρῆσθαι *Ionicè sumi testatur Eustathius 2. Iliados.*

Adverbio. Ἀνακῶς *Ionicè pro* ἐπιμελῶς. Ἐπιστρεφέως *pro* ἀπατηλῶς. Μὴ *pro* μὴν. Ποτὲ *pro* πρός

Conjunctione. Μὲν *Ionicè pro* μὴν: *ut apud Herod.* μὲν μὴν ἔχειν ἐλεύθερον. *Sic Corinthus.*

Præpositione. Δὲ *pro* εἰς: *ut,* πολεμώσδε *pro* εἰς πόλεμον. Ἐς *pro* εἰς. Ἐς ὸ *pro* ἕως οὗ, *apud Herod.*

Omnino. *Habent ergo & Iones peculiares quasdam voces, cæteris Græciæ populis inusitatas. Exempli gratia:* Αἰμασιά, *sepes, macelia.* Αἶτος, *lucus.* Ἔμπις, *manifestus.* Ἡμαξεών, *apud Suidam in manuscripto codice ex Herodoto, pro* ὑποφορῶν, *indignans: & ἠμαχτέων, pro indignari apud Camerarium.* Ἐνάρεες, *milites.* Μίξεα, *genitalia.* Οἰσύπη, *sordidarum ovium lana, & excrementum.* Συρμαίζειν, *præparare potionem ex aqua & caseo.* Συρήν, *olus quoddam apio simile: item cibus ex adipe & melle.* Τετραπλεύριες, *cicatrices, locisse. Multa annotat Corinthus, quæ sola significationis diversitate propria sunt Ionibus.*

Ex parte tantùm. *Quod ostendemus tum*

Speciatim, *in singulis Etymologiæ classibus. Vide* B.

Generatim, *respectu tum*

Orthographiæ: *qua dictio Ionica vel*

Augetur

Initio, *per* ἐπίθεσιν, *tum* Literæ, *nimirum* T: *ut,* τὸν *pro* ὅν, τὸν λέγεις *pro* ὃν λεγῖς. Θ: *ut,* θελόπεδον *pro* ἐλόπεδον. *tum* Syllabæ: *nimirum* O: ὅς *pro* οὗ. E: *ut,* ἔς *pro* ἐ. A: *ut,* ἅπας *pro* πᾶς, *ait Corinthus, Anadiplosis etiam apud Ionas frequens est: ut,* λελάχωσι *pro* λάχωσι, κἀκλυθι *pro* κλῦθι.

Medio, *per* ἐπένθεσιν, Literæ, *nimirum* I, *quod ut scribit Corinthus, vocali* ε *adjungunt. ut,* ξεῖνος *pro* ξένος: *vocali item* ο: *ut,* χροΐα *pro* χρόα. *Hoc enim utitur Hippocrates & Homerus: quamvis alii Doricum, alii Atticum, nonnulli poëticum faciant. Vocalo adjiciunt: ut,* νῆσος *pro* νῆσος, κέρη *pro* κήρη, μεῖνος *pro* μένος. *Non autem dicunt* πεῖνος *&* φεῖνος, *pro* πόνος *&* φόνος, *quoniam hæc, ut ait Corinthus, à verbis πίνω & φένω deducta sunt. Et quamvis μένος quoq; à verbo descendat, quia tamen est trium generum, assumit ν.* Γ: *ut,* ἐεργάθεσσι *pro* ἐέργασσι. Μ: *ut,* λάμψομαι *pro* λήψομαι. Σ: *ut,* λεγέμεσθα *pro* λεγόμεθα. Τ: *ut,* ὅττι *pro* ὅτι. *tum* Syllabæ: *nimirum* E: *ut,* αἰνείεω, ἀδελφείος, *pro* ἀδελφός. I, *ut,* λογίειν *pro* λόγειν. Τη: *ut,* ἐτήτυμος *pro* ἔτυμος.

Fine, *per* πλεοναγωγίαν Syllabæ I: *ut,* δεσποτάαι *pro* δέσποτας ποιητῆσι *pro* ποιητής. Τε: *ut,* ἐφ' ὥτε *pro* ἐφ' ᾧ.

Minuitur

Initio, *per* ἀφαίρεσιν, *quæ Ionibus est familiaris: tum* Literæ Δ: *ut,* ἀνὸς *pro* δεινός. Γ: *ut,* αἶα *pro* γαῖα. Λ: *ut,* ἔσαν *pro* λέσβιον. Σ: *ut,* μιχὸς *pro* σμικρός. *tum* Syllabæ, *nimirum* E: *ut,* ὀρτὴ *pro* ἑορτὴ, κεῖνος *pro* ἐκεῖνος. *Existimant enim Iones è dictionibus primas vocales, teste Corintho. Præterea augmenta detrahunt perfectis & aoristis, vel omnia, vel aliqua: ut,* βλημθην *pro* βεβλημμένον.

Medio, *per* συγκοπὴν, *tum* Literæ I: *ut,* δέξω *pro* δείξω, ἐς *pro* εἰς, ἐκτέρεος *pro* ἑκατέρωθεν. *Ex ει enim subjunctivam volunt Iones, & aliqua de aliam literam substituunt: ut,* πονέωδι *pro* πονεῖωμι. Γ: *ut,* ἐνεγκω *pro* ἐνέγκω, *substituto jota: sic Corinthus ex Herodoto.* Δ: *ut,* ἔεργε *pro* ἔεργεδε. Κ: *ut,* βεέσσα *pro* βεβήκης, ἐστεὼς *pro* ἑστηκώς. Λ: *ut,* καλιὸν *pro* καλλίον. Σ: *ut,* ἐπίθιο *pro* ἐπίθεσο, Τ: *ut,* κρέα *pro* κρέατα. *tum* Syllabæ, Ε: *ut,* φέρτε *pro* φέρετε. Κο: *ut,* κάμμορος *pro* κακόμορος. Μη: *ut,* οἴμη *pro* οἰμωγή. Μο. *ut,* ἄρσωντες *pro* ἀρμόσαντες. Ρε: *ut,* ἑξαιτος *pro* ἐξαίρετος. Ωι: *ut,* δδυκαλίδης *pro* δδυκαλωνίδης.

Fine, *per* ἀπογραφὴν, *tum* Literæ, N. *Hoc enim ἐφελκυστικὸν non usurpant, adhibita potius apostropho: ut,* ἐσθ' ὅπως *pro* ἔστιν ὅπως, *tum* Syllabæ, Να: *ut,* κυκεῶ *pro* κυκεῶνα. Σι: *ut,* σφί *pro* σφίσι. Τα: *ut,* ἰδρῶ *pro* ἰδρῶτα.

Mutatur: *de quo signo* C.

Prosodiæ, *quæ consistit in syllabarum tum*

Quantitate. *Ionum propriæ sunt correptiones, teste Corintho, ut Atticorum productiones. Dicunt ergo* νέας *pro* νῆας, ζοὴ *pro* ζωή.

Tono. *Canonem profert Etymologus:* Ἐπὶ τῶν εἰς α βραχυκαταληκτῶν τῶν, ἐνθάσιν οἱ Ἴωνες βαρύνειν τὰς λέξεις, ὡς ἡ ἡμέρα, οἷον ἄγυια, ὄργυια. ὅταν δὲ ῥήσεται ἡ τελευταία συλλαβὴ μακρᾷ Ἰωνικῷ ἦτα. κἀκεῖ δὲ ἀζεται ὁ τόνος, οἷον, ἀγυιὰ, ὀργυιὰ, θεσπεσιά. *Interea auctis vel minutis dictionibus, observantur Iones quoque tonum mutare: ut,* ἀγυιὰ *pro* ἀγυιέα, ἀδυσίη *pro* ἀδυσίεια, ἔρος *pro* ἔρως, ξεῖνος *pro* ξένος. *Ait Neander, Fœminina in εια proparoxytona, Ionibus fiunt paroxytona, sublato ε: ut,* ἀληθίη *pro* ἀλήθεια.

Spiritu. *Ionas non minus, quam Æolas Eustathius* ψιλωτικὰς *vocat.*

Plures, *de quibus sign. D.*

C. Mutantur *literæ ab Ionibus, ratione tũ*

- Figuræ *per ἀνηφαίρεσιν: quando altera alterius locum subit. Mutantur ergo*
  - Vocales
    - Vna *in aliam*
      - A *in*
        - Ε: *ut,* γέμμα *pro* γάμμα *dicunt Iones, inprimis Democritus, qui pro* μῦ μῶ λέγει, *ait Eustath. 3 Iliados.* πόστεες *pro* πόσσαρες.
        - Ε Α: *ut,* σφέας *pro* σφᾶς.
        - Η, *si* α *sit longum: ut,* τοφίη *pro* τοφία, σέρη *pro* σάρξ: *vel etiam si breve, apud recentiores: ut,* ἀληθέἰη *pro* ἀληθείαν, *Sic Plutarchus, Philoponus & Corinthus. Hinc regula: In omnibus partibus orationis cujuscunque numeri casus & personæ fuerit,* α *in* η *mutare consueverunt Iones, Doricis nominibus exceptis.*
        - Ω: *ut,* χρῶ *pro* χρᾶα, ἄλως *pro* ἄλας, ὠυτὸς *pro* αὐτὸς *in diphthongo existimat Corinthus Ionas hoc agere in solis rectis ex collisione, & in Vocativis quemadmodum & Atticos: ut apud Herodotum,* ὦνθρωπε μὴ κλαῖνε Κροῖσον, *pro* ὦ ἄνθρωπε.
      - Ε *in*
        - Α *breve: ut,* μέγαθος *pro* μέγεθος, τάμνω *pro* τέμνω *apud Herod.*
        - Η: *ut,* θησῦμαι *pro* θεῶμαι, θηεῦντο, *pro* ἐθεῶντο, θηήσωμαι *pro* ἐθεάσωμαι, ἀγγήϊον *pro* ἀγγεῖον.
        - Ι: *ut,* ἐσίη *pro* ἐσία, ἐπέξι *pro* ἐφέσει.
      - Η *in*
        - Α *breve, teste Plutarcho & Corintho: ut,* πάλη *pro* κήλη, λελασμάι *pro* λελησμαι.
        - Α Ι, *assumpto insuper* α: *ut,* γιναίκα *pro* γίνη.
        - Ε: *ut,* ξεῦον *pro* ξηεῦν, νέας *pro* νῆας *per Systolen.*
        - Ε Α *Ionicè resolvi testatur Etymologus in voce* ἴσεστι, *quando dicit ejusmodi resolutionis beneficio pro* ἐστι *Ionicè dici* ἐσεα, *iota nimirum adscripto.*
        - Ω: *ut,* ἀρωγὸς *pro* ἀρηγὸς.
      - Ι *in*
        - Η: *ut,* ψαμύθιον κηκίω *pro* κικίω, πόλῃ *pro* πόλει.
        - Ε: *ut,* ὄφρι *pro* ὄφρα, πτόλεος *pro* πόλιος, τίθημι *pro* τίθημι.
      - Ο *in* Ω: *ut,* ἀλοῦρος *pro* ἀλοῦρος.
      - Ω *in*
        - Α Ο: *ut,* παύφρων *pro* σώφρων, *apud Theognidem, Anacreontem & alios.*
        - Ε Ω, *si* ω *sit circumflexum: ut,* πθέω *pro* πθῶ, ἔω *pro* ὦ.
    - Plures
      - Ι Ε *in* Ι *longum: ut vult Corinthus: ut,* ἠρεὺς *pro* ἱερεύς.
      - Ε Α *in* Η: *ut,* φρητὸς *pro* φρέατος, ἦρ *pro* ἔαρ, πνήπι *pro* πνήπια.
      - Ε Ε *in* Η: *ut,* ὄφη *pro* ὄφεε.
      - Ε Ο *in* Ε Υ: *ut,* πλοῦνας *pro* πλέονας.
      - Ο Α *in* Ω: *ut,* βῶξ *pro* βόαξ, *Gaza lib. 3. Gramm.*
      - Ο Η *in* Ω: *ut,* ὀγδοήκοντα *pro* ὀγδοήκοντα, βώσω *pro* βοήσω, νώσω *pro* νοήσω, βωθεῖν *pro* βοηθεῖν.
  - Diphthongi *in*
    - Vocales
      - ΕΥ *in*
        - Ω: *ut,* ἀπλώσας *pro* ἁπλώσας: Corinthus *ex Herodoto,* πλοῖον ἁπλώσαντες.
        - Η Υ: *ut,* ἠύκομος *pro* εὔκομος.
      - ΕΙ *in*
        - Ε Α: *ut,* πονέαλς *pro* πονεῖς.
        - Ε Ε: *ut,* σφέες *pro* σφεῖς.
        - Ε Υ: *ut,* πλοῦν *pro* πλεῖν.
        - Η Ι: *ut,* πηλήϊδες *pro* πηλεῖδες, κλῆις *pro* κλεῖς.
      - Α *cum iota subscripto in* Η *cum iota subscripto: ut,* αἰνείη *pro* αἰνέᾳ: *vel saltem* Η Ι: *ut,* φιλήξ *pro* φιλεῖξ, ῥηϊδιον *pro* ῥᾴδιον.
      - Α Υ *in* Ω: *ut,* πῶμα *pro* πᾶμα.
      - Η *cum iota subscripto in* Η Ι: *ut,* χρηΐζειν *pro* χρῄζειν.
      - ΟΥ *in*
        - Ε Ο: *ut,* ἐμέο *pro* ἐμοῦ: & Ε Ω: *ut,* τέω *pro* τοῦ, βορέω *pro* βορέου.
        - Ο Ο: *ut,* ῥοὸς *pro* ῥοῦς: & Ο Α: *ut,* χροὰ *pro* χροᾶν: & Ο Ι Ο: *ut,* λόγοιο *pro* λόγου.
        - Ω: *ut,* βῶν *pro* βοῦν.
      - Ω *cum iota subscripto in* Ω Ι: *ut,* τῶϊ λόγωϊ *pro* τῷ λόγῳ. Et *apud Hom.* ὡπλοτέϊον *pro* ὡπλοτέου *nisi sit poëticum.*
    - Diphthongos *alias*
      - Α Υ *in*
        - Η Υ: *ut,* νηῦς *pro* ναῦς.
        - Ω Υ: *ut,* θωῦμα *pro* θαῦμα. *Nam* ωῦ *diphthongus Ionum est propria, quæ nonnunquam dissolvitur: ut,* ὠϋτὸς *pro* αὐτὸς.
      - Α Ι *in* Η *cum iota subscripto: ut,* μέσσης *pro* μέσσας.
  - Consonantes, *de quibus consule sign. E.*
- Situs *& ordinis. Transponũt enim Iones literas per*
  - Metathesin *in una tantùm syllaba: ut,* κραδίη *pro* καρδία, κάλεσε *pro* καλέσε *pro* καλέσατε.
  - Hyperthesin, *in duabus: ut,* ὀθνεῖος *pro* νοθεῖος, γυνὸς *pro* γόνυος.

Consonantes *quoque inter se permutantur Ionicè, nimirum*

- Tenues *mutantur in Densas: ut,* ἐνθαῦτα *pro* ἐνταῦθα, ἐνθεῦτεν *pro* ἐντεῦθεν, βάθραχος *pro* βάτραχος. *Quod ipsum in nonnullis facilitat communis dialectus: ut,* αὐτήλιος *pro* αὐθήλιος, ἀπηλιώτης, *pro* ἀφηλιώτης. *Vel saltem in Tenues aliàs* Π *mimirum in* Κ: *ut,* κόσα *pro* πόσα, ὅκως *pro* ὅπως, *quod inprimis, inquit Antesignanus & Gellonius, in interrogativis sit & relativis.*
- Densæ *in Tenues: qua mutatione unicè delectantur Iones, in compositis inprimis, tum in simplicibus: ut,* ἀπικόμην *pro* ἀφικόμην, ἀλέκομαι *pro* ἀλέξομαι, ὀκ ὀρῶ *pro* οὐχ ὁρῶ, ἀπ' οὗ *pro* ἀφ' οὗ, κατ' ὃν *pro* καθ' ὅν, ὀκ ἔτω *pro* οὐχ' ἕτω, κίθων *pro* χίτων. *Quamvis teste Grammatico, & Corintho,* Χ *etiam in* Ξ *mutent: ut,* τριξὰ *pro* τρίχα, ἀλιξὰ *pro* ἁλίχα.
- Mediæ *mutæ:* Β *&* Γ *in* Ζ: *ut,* ζέρεθρον *pro* βέρεθρον, φύζη *pro* φυγή.
- Semivocales: *Duplex* σσ *in* Ξ: *ut,* ἀλιξὰ *pro* ἁλισσὰ, *teste Grammatico.*

IONICA.

B. **Specialius** *jam examinanda sunt, ea quæ hucusque generatim à nobis secundum literarum affectiones dicta, sunt: atque adeo in singulis orationis partibus Ionum proprietates declarandæ & ob oculos discentium evidenter collocãdæ sunt. Ergo*

- **Articvlvs** *hæc ferè propria habet*
  - Articuli *fœminini generis in secunda, masculini & neutri in tertia declinatione, eandem cum nominibus recipiunt dialectorum varietatem: ut,* τῆσι *pro* ταῖς, ἥϊσι *pro* ἅῖς, ἀ *pro* ἡ, *Nicander* τέων *dicit pro* τῶν, *seu* ὧν *masculino, quod tamen, teste Caninio, non probatur Grammaticis. Nisi dicere velimus ad exemplum primæ & secundæ declinationis nominum, in genitivo plurali accipere* ε.
  - Postpositivo *Articulo præfigunt Iones literam* τ, *exceptis nominativis* ὁς & ἡ: *ut,* τᾶ *pro* οὗ, τᾶς *pro* ἧς, τὰς *pro* ἅς. *Nisi quod jam dictum est ex Io. Grammatico, velimus Ionas nonnunquam pro postpositivo articulo vice postpositivi uti. Præfigunt etiam genitivo* οὗ *vocalem* O: *ut, apud Homerum* ὅο *pro* οὗ.
  - Compositivi *Articuli* ὅσις *nonnullos casus aliter, quàm consuetum est, formant Iones:* ὅτεο *dicunt pro* ὅτου, ὅτεῳ *pro* ὅτῳ, ὁτέων *pro* ὁτῶν, ὁτέοισι *pro* ὁτοῖς, ἄοσα *pro* ἅλινα, *ait Eustathius.*
- **Nomen** *iisdem diversum est ratione*
  - **Derivationis.** *Nam*
    - **Comparativa** *nonnulla formãt Iones præterusum communem & Atticorum in*
      - ιστερος, *& superlativum in* ιστατος, *cum prius esset, vel* οτερος: *ut,* δίκαιος, δικαίστερος *pro* δικαιότερος. *Vel* αίτερος: *ut,* πλησίστερος *pro* πλησιαίτερος. *Vel* ων: *ut,* ῥαδίστερος *pro* ῥᾴδιων. *Vel tandem secundùm Atticos* ιστερος; *ut,* ἀκραντίστερος *pro* ἀκραντίτερος.
      - ιτερος, *cùm prius esset* εστερος: *ut,* ῥηΐτερος *pro* ῥαδιέστερος. *Nam Iones positivum communem* ῥᾴδιος *resolvunt in* ῥηΐδιος. *Ab hoc regulariter formaretur comparativus* ῥηϊδιότερος. *Iones autem per Syncopem dicunt* ῥηΐτερος, *& in superlativo* ῥῆϊστος *pro* ῥηϊδέστατος.
      - εων, *ubi Attici* εν *& communes* εον *dicebant: ut,* πλάων *pro* πλέον, *&* πλείων.
    - **Denominativa**, *& inter hæc numeralia Iones quoq; per metaplasmum suo modo efferunt: ut,* τέσσερες *pro* τέσσαρες, τριήκοντα *pro* τριάκοντα: *& sic de cæteris,* ὀγδωκοντα *pro* ὀγδωήκοντα.
    - **Possessiva** *nonnulla a Dorico more amittunt iota, teste Corintho: ut,* ἀργύρεος *pro* ἀργύρειος, χρύσεος *pro* χρύσειος.
    - **Patronymica** *Iones vel*
      - Consueta *mutant. Quæ enim desinebant in* ωνης, *illi per* ων *efferunt: ut,* κρονίων *pro* κρονίδης, πηλείων *pro* πηλείδης.
      - Nova *formant ex desinentibus in* ων: *ut,* πηλεωνίδης *pro* πηλείων.
  - **Generis.** *Etenim*
    - Substantiva, *masculina in fœminina vertunt Iones, servata terminatione: ut,* ἡ κίων *pro* ὁ κίων, *columna: vel mutata: ut,* ἔσπερος *pro* ἑσπέρη, *ait Grammat. & Corinthus.* τοῖσι ϑ' ὑπερπολίοις μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν. *Ait Etymol. in voce* ἵππος. ἴστον ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας ἀσθηλώσαι τῇ θεσσαφορᾷ, τὰς ἵππους καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βόας λέγουσι. *Eustathius scribit Atticis cum Ionibus commune esse, ut fœmininum genus pro masculino usurpent: Iones tamen non mutare terminationem.*
    - Adjectiva *in* ος *apud Iones fiunt generis communis: ut,* κλυτὸς ἱπποδάμεια, *pro* κλυτὴ *Quinetiam Fœminina masculinorum in* ος *vel* εος, *mutantur in* η: *ut,* ἀγὴ *pro* ἀγία, αὐθηὴ *pro* αὐθηέη.
  - **Numeri.** *Numerorum dualium diligentem habent rationem Iones, teste Io. Grammatico.*
  - **Declinationis,** *quæ à communi forma diversa est, ratione tum*
    - **Terminationum** *quæ desinunt apud Iones vel in*
      - Αια ex η: *ut,* σελλωαία *pro* σελλώη.
      - Αιη ex η: *ut,* ἀϑλωαίη *pro* ἀϑλώη.
      - As *ablato finali* ος: *ut,* Νικόλας *pro* Νικόλαος, Μενέλας *pro* Μενέλαος.
      - Αμος ex εις: *ut,* ὁδμὸς *pro* ὁδὸς, *in omnibus casibus: in plurali* ὁδμοὶ *pro* ὁδοίσες, μηδοίσες, *quibus oratores etiam utuntur.*
      - Ευς ex ος: *ut,* ἠεὺς *pro* ἠός. *Hoc ab aliis tribuitur Atticis.*
      - Λου ex λυ: *ut,* πολλὸν *pro* πολὺ πολὸς *pro* πολύς.
      - Ης *ablato finali* ος: *ut,* ἐελπὴς *pro* ἐέλπης, *amabilis.*
    - **Casuum** *ut dicetur folio seq. sign.* ☙

Reliquæ *partes orationis.* **Pronomen** *signo* G. **Verbum** *signo* H. **Participiũ** *signo* I. **Adverbium** *&* **Conjunctio** *sign.* K.

Ionum *proprietas in Declinationibus observanda est sum*

- **Simplicibus:**
  - **Prima:**
    - *Iones in toto singulari numero & dativo plurali primæ simplicium mutant* α *in* η, *exceptis iis nominibus, quæ Dorica sunt in* ας *desinentia: ut,* αἰνείης *pro* αἰνείας, αἰνείῃ *pro* αἰνείᾳ, αἰνείων, αἰνείῃν. *In dativo plurali* ῃσι *mutato in* η. *In Doricis nominibus hoc non usu venit, quia antea sunt versa ex* ης *in* ας: *ut,* ληϊάδης *pro* ληϊάς.
    - Genitivus *singularis Ionicè in* εω, *cum accentu in antepenultima: ut,* βοείεω *pro* βοείε. *Io. Grammaticus ait, Omne* ης, *cujus genitivus in* ε *desinit, format eum per* εω.
    - Accusativus *singularis Ionicè desinit in* εα: *ut,* αἰνείεα *pro* αἰνείαν, ποιητέα *pro* ποιητήν.
    - Genitivus *& Accusativus pluralis per epenthesin Ionicam accipiunt* ε: *ut,* ταμιέων *pro* ταμιῶν, ταμιέας *pro* ταμίας.
    - Dativus *pluralis* αι *mutat Ionicè in* η, *assumpto nonnunquam per paragogen* ι: *vel retento* αι, *eandem recipit paragogen, hoc est, desinit Ionicè in* ης *vel* ηισι: *ut,* ταμίης *pro* ταμίαις, ἀλφησῆσι *pro* ἀλφησοῖς, ληϊάσι *pro* ληϊῶς.
  - **Secunda:**
    - *Iones in secunda simplicium* α *passim mutant in* η: *ut,* μιλίοισι *pro* μιλίοισα, γεφυρὴ *pro* γέφυρα, γεφυρέης, γεφυρῆ, *&c.*
    - Genitivus *& Dativus plurales formantur Ionicè, ut in prima declinatione: ut,* ἀρετίων *pro* ἀρετῶν, ἀρετῆς, *pro* ἀρετοῖς, *&c.*
  - **Tertia:**
    - Genitivum *singularem resolvunt Iones in* οιο: *ut,* λόγοιο *pro* λόγου.
    - Genitivus *& Dativus dualis inter* οι *&* ν *assumit Ionicè iota, ut,* λόγοιϊν *pro* λόγοιν.
    - Dativo *plurali addunt Iones* ι *per paragogen: ut,* λόγοισι *pro* λόγοις.
  - **Quinta:**
    - Barytona *in* ις *&* υς *Ionicè declinantur purè duntaxat: ut,* ἔελς ἔελος, *non* ἔελδος, χάβις, χάβιος, χάβεϊ, χάβεα.
    - Genitivum *pluralem Iones in quibusdam formant, ut in prima declinatione: ut,* χειρέων *pro* χειρῶν, ποσσέων *pro* ποσσῶν.
    - Dativum *pluralem Iones ducunt à nominativo plurali addendo* σι, *& in neutris insuper* α *mutando in* εσ: *ut,* ἄνδρεσι, ἀνδρέοισι, ἔπεα ἐπέεσι.
- **Contractis, &c.** *Vide sign.* ❧

Contractis

Contractis, *in quibus notandum eſt, Iones malle uti non contractis caſibus, iaq; in omnibus ſpeciebus. Ergo dicunt* ἀληθέος *pro* ἀληθοῦς, ὄφιι *pro* ὄφι, βασιλέι *pro* βασιλεῖ, νόος *pro* νοῦς, ῥόος *pro* ῥοῦς, *&c. Verſus primus primi Iliados eſt,* μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος: *in quo rectè obſervat Gualtperius, nulla neceſſitate* πηληϊάδεω *dici pro* πηληϊάδου, *primæ ſimplicium quandoquidem in ſcanſione* δεω *contrahitur per συνίζησιν in* δω. *Notanda tamen quædam ſunt in ſingulis ſpecibus declinationum, in*

- **Prima**, *Iones nonnunquam ex genitivo contracto nominum in* κλέης *deſinentium formant alium genitivum, & ex eo cæteros caſus: ut,* ἡρακλέης *Hercules & contracta terminatione* ἡρακλῆς. *Hoc genitivum habet* ἡρακλέος, *quem duobus modis contrahit: primum so in u: ut,* ἡρακλέεος, *pro* ἡρακλέος: *ſecundo* εε *in* η: *ut,* ἡρακλῆος *pro* ἡρακλέος. *Ab hoc poſteriore contracto genitivo formant Iones alium,* η *in* εη *reſolvendo, vel ſaltem* ε *per epentheſin aſſumendo: ut,* ἡρακλέη *pro* ἡρακλῆ, *in dativo* ἡρακλέι, *&c. Sic Anteſignanus.*
- **Secunda**,
  - **Mutant** *Iones penultimum* ε *in* η *nonnunquam: ut,* πόληος *pro* πόλεως, πόλῃ, *pro* πόλεῖ, πόληα *pro* πόλιν, πόληες *pro* πόλεις: *nonnunquam in* ε: *ut,* πόλεος *pro* πόλεως, πόλεες *pro* πόλεις. *Hoc eſt, quod dicit Corinthus, in* ος *deſinentes genitivos, à rectis in* ις *factos, Iones per* εος *proferre: ut,* ὄφις, ὄφεος, πόλις, πόλεος.
  - **Contrahunt** *Iones* ιε *&* ια *in iota, Corintho teſte: ut,* ὄφις, *pro* ὄφιες ὄφιας. *Ait Cruſius: In Ionica declinatione etiam Nominativa terminatio dualis contrahitur: ut,* ὄφεε, ὄφη: *quod aliàs Atticorum eſt.*
  - **Dativum** *pluralem à nominativo formant Iones, ut dativum quintæ ſimplicium: ut,* ὀφέεσι *pro* ὄφεσι, *à plurali Ionico* ὄφεες.
- **Tertia**,
  - **Penultimum** ε *in omnibus caſibus, excepto nominativo ſingulari Ionicè mutatur in* η: *ut,* βασιλῆος *pro* βασιλέος, βασιλῆες *pro* βασιλέες, *& in dativo plurali* βασιλῆσι *pro* βασιλεῦσι, *abjecto etiam* υ. *Veteres tamen Iones, teſte etiam Anteſignano,* ε *in* ει *vertebant: ut,* βασιλεῖος *pro* βασιλέος.
  - **Dativum** *pluralem à nominativo quandoq; formant Iones, ut dativum quintæ Simplicium: ut,* βασιλήεσι, *pro* βασιλῆσι.
- **Quarta**, *Accuſativum in* α *deſinentem, Iones mutant in* ην: *ut,* λητῆν *pro* λητώ.
- **Quinta**, *Iones ex obliquis detrahunt* τ *literam: ut,* κέρα *pro* κέρατος, κεραῖ *pro* κέρατι.
- **Oligopathia**, *Iones in accuſativo ſingulari, nominativo, accuſativo & vocativo plurali* ν *abjiciunt: ut,* μείζονες, *Ionicè* μείζοες, *unde Atticum contractum* μείζους.

G. In PRONOMINE *Iones ſuis quoque privatis gaudent loquendi modis:*

- *Quæ more ſecundæ & tertiæ conjugationis ſimplicium declinantur pronomina, iisdem modis variant Ionicè: ut,* ἐμεῖο *pro* ἐμοῦ, σεῖο *pro* σοῦ, οἷο *pro* οὗ, ἑοῖο *pro* ἑοῦ, ἐμεῖσι *pro* ἐμοῖς, ἡμετέρῃσι *pro* ἡμετέραις, *&c.*
- **Syllabas** *circumflexas in Primitivis* ἐγώ, σύ, οὗ, *dividunt Iones,* ω *in* εο, ους *in* εες, ων *in* εων, ως *in* εας: *ut,* ἐμέο *pro* ἐμοῦ, σέο *pro* σοῦ, ἕο *pro* οὗ: ἡμέες *pro* ἡμεῖς, ὑμέες *pro* ὑμεῖς, σφέες *pro* σφεῖς: ἡμέων *pro* ἡμῶν, ὑμέων *pro* ὑμῶν, σφέων *pro* σφῶν: ἡμέας *pro* ἡμᾶς, σφέας *pro* σφᾶς. *Additur quandoq; iota ad* ε: *ut,* ἐμέϊο, σέϊο, ἕϊο, ἡμέων, ὑμέας, σφέας, *&c. quod Anteſignanus Poëticum eſſe dicit: alii Ionibus relinquunt.*
- *Reciprocum* οὗ *in dativo Ionicè habet* ἑοῖ *pro* οἱ, *in accuſativo* ἕε *pro* ἑ, *in dativo plurali* σφι *vel* σφίν *pro* σφίσι.
- Οὗτος, Αὐτὸς, Αὐτὸς, *& eorum compoſita ante vocalem longam vel diphthongum terminalem, admittunt per epentheſin Ionicam* ε, *in* αὐτὸς *quandoq; mutato Ionicè* αυ *in* ου: *ut,* τουτέω *pro* τούτου, τουτέο *pro* τούτου, τουτέων *pro* τούτων: αὐτέω *pro* αὐτοῦ, τωυτέης *pro* τουτου, ὠυτέων *pro* αὐτῶν, ὠυτέοις *pro* αὐτοῖς: αὐτέῳ *pro* αὐτῷ, ὠυτέε *pro* αὐτῇ: ἐμωυτέε *pro* ἐμωυτῆ, ἑωυτέῳ *pro* ἑαυτῷ, *&c.*

H. VERBORUM *Ionicæ proprietates, in eorum accidentibus conſiderandæ ſunt, in*

Conjugatione, *in qua ratio habenda eſt*

- **Thematum**. *Iones verbis contractis ſecundæ circumflexorum per epentheſin immittunt* ε: *ut,* ὁράω *pro* ὁρῶ, *ex* ὁράω, μνεόμῳ *pro* μνώμῳ. *Annotat etiam H. Stephanus in Theſauro,* ὑπνάω *Ionicum eſſe pro* ὑπνῶ, *ex* ὑπνάω, *quod tamen etiam pro Poëtico habeatur.*
- **Temporum** *reliquorum. Eorum enim varietates cū plures ſint, nunc omnibus ſpeciebus conjugationum, nunc aliquibus uſitatæ, nos omnes & ſingulas, in diſcentium gratiam, Methodi ἀκριβείᾳ neglectæ, per ſola genera & eorum modos & tempora enumerabimus: ſub quibus, ſi quæ ſingularum conjugationum fuerint proprietates, facilè deprehendentur. Hoc ergo jam nūc conſiderabimus tū*
  - **Initium verborū: ipſum ſcilicet AVGMENTVM: quod Iones** *vel*
    - **Tollunt**. *Iones augmenta verborū tollunt: ut,* τέκε *pro* ἔτεκε, τύπλε *pro* ἔτυπλε. *Hoc adeò eſt familiare Ionibus, ut ſæpiùs Pluſquamperfecto, aliiſq; temporibus, quæ plura habent augmenta, tollant omnia: ut,* δέκτο, *pro* ἐδέκτο, δεδέκτο, ἐδεδέκτο: δέκτῃ *pro* ἐδέκτου, δεδέκτῃ: βλῆσθαι *pro* βεβλῆσθαι, βλήμῳ *pro* βεβλημῶ. *Ita quoq; detrahunt augmenta temporalia. Hinc aliqui diphthongos* αι *&* οι *ab Ionibus non mutari volunt: ut,* αἰτέω, αἴτεον, αἴτηκα, αἴτησα: οἰκέω, οἰκεον, οἰκηκα, οἴκησα. *Quod etiam fit in Paſſiva voce* αἴτημαι, οἴκημαι, *&c.*
    - **Addunt** *ubi*
      - **Non** *debebant. Iones multis temporibus, eorum modorum, quibus non conveniunt, addunt perſæpè augmenta: ut in Præſenti Indicativi* κέκλυτε *dicunt pro* κλῦτε: *in Futuro* πεπιθήσω *pro* πείσω: *in Imperativo* κέκλυθι *pro* κλῦθι, *à* κλύω: τετλαθι *pro* τλάθι *à* τλῆμι: *in Conjunctivo* λελάχωσι *pro* λάχωσι: *in Infinitivo,* δεδειπνάναι *pro* δειπνᾶναι, λελάσθαι *pro* λάσθαι, *&c.*
      - **Deberent** *quidem, ſed tamen per conſuetudinem duplicant. Ergo, Iones quandoq; repetunt primam literam præſentis: quandoq; Atticam anadiploſin uſurpant: ut,* τέτυπον *pro* ἔτυπον, ἴλω *pro* λῶ *ex* εἰμί: ἀράϊγκα *pro* ἦγκα, *ex* ἀείρω: *unde participium* ἀϊαρωϊγκώς, *quo utitur Herodotus in Terpſichore. Sic* ὀρώρυγμαι *pro* ὤρυγμαι, ἐρήμυγκα *pro* ἤμυγκα, *ab* ἠμύω.
    - **Mutant**
      - **Quod** *Atticorum eſt, hoc Etymologus Ionibus tribuit, ut augmenta* λε *&* με *mutent in* εα: *ut,* ἐμεμέρμηκα *pro* μεμέρμηκα, ἐλήφα *pro* λέληφα.
      - **In** *verbis ab* ε *incipientibus Iones aſſumunt pro augmento iota, non ſolùm in iis thematibus, quæ communia ſunt, ſed & in aliis nonnullis: ut,* ἐρώζων, *pro* ἠρώζων, *ab* ἐρωτάω. *Quanquam fateatur Corinthus, præſens quoq; Ionicum eſſe* ἐρωτάω, *quod apud Herodotum & alios legatur.*

  Finem: *ſub quo non ſolā terminationem, ſed & penultimam, quæq; poſt augmentum leguntur alia comprehendimus. Hoc autem Generatim à primo notamus, quod, Iones non ſolas circumflexorum verborum terminationes ſine craſi eloquuntur: ſed etiam cæterarum conjugationum quævis tempora circumflexa reſolvunt, inſerto per epentheſin* ε: *ut,* ποιέω *dicunt pro* ποιῶ, ποιέωμαι *pro* ποιεῦμαι, ἐχρύσεον *pro* ἐχρύσουν, χρυσέειν *pro* χρυσοῦν, βοάω *item pro* βοῶ, *quamvis hoc varius agant in ſecunda circumflexorum:* ἐρέω *pro* ἐρῶ *futuro primo verbi* ἔρω: τυπέω *pro* τυπῶ *verbi* τύπτω: τυπέοιμι *pro futuro ſecundo. Optativi* τυποίμι: ταχέειν *pro* ταχεῖν *Aoriſto 2. Infinitivi:* ταχθέω *pro* ταχθῶ, ταχέω *pro* ταχῶ, *qui ſunt Aoriſti Conjunctivi vocis Paſſivæ:* πθέω *pro* πθῶ, θέω *pro* θῶ, ἱστέω *pro* ἱστῶ, στέω *pro* στῶ, ἔω *pro* ὦ, ἵεω *pro* ἱῶ, *quæ omnia conjunctiva ſunt verborum in* μι, πθημι, ἱστημι, ἐμι, ἰημι, *&c. Hæc generatim: jam ad Speciales proprietates. Vide ſign. L.*

Figura. *Ait Io. Grammaticus: Compoſitiones verborum proferunt Iones per conſonantes tenues: ut,* κροτέω, κροτέᾳς, κροτεᾷ *pro* κροτῶ, *&c.*

IONICA.

I. Temporũ ergò Ionicè formatorũ varia obſervanda eſt in Genere

- PASSIVO & *Medio, de quibus ſigno M.*
- ACTIVO: & illius modo
  - Indicativo. *Cujus tempus*
    - Præſens eſt:
      - Ad *tertiam ſingularem adjiciunt Iones ſyllabam* σι, & ει *mutant in* ε, *Aeolum more*: ut, ἐρίθηα *pro* ἐρίθει. *Hanc formam loquendi, qua delectatus eſt Ibycus,* Γ' ὄνκειον σχῆμα *vocat Euſtathius.*
      - Reduplicatio *verborum in* μι *apud Ionas fit per* ε: ut, τεθημι *pro* τίθημι, ἑσημι *pro* ἵσημι, ἑαμι *pro* ἵημι, *unde* ἔεμεν *pro* ἧμεν: τέθνημι *morior à* θνάω.
      - Tertia *pluralis verborum in* μι *reſolvitur Ionicè, ponendo* α *ante* σ, & *abjiciendo* ὲ *diphthongo, ſi adſit, ſubjunctivam*: ut, πιθέασι *pro* πιθῶσι, ἰσάασι *pro* ἰσῶσι διδόασι *pro* διδῶσι, ζώγνυασι *pro* ζώγνυσι, ἴασι *pro* ἰσὶ ἰάσι *pro* ἰῶσι.
    - Imperfectum:
      - Tertia *ſingularis Imperfecti & Aoriſti utriuſq; omnium conjugationum, formatur Ionicè à ſecunda, addendo* κε, & *augmentum abjiciendo, penultima correpta, longis ſcilicet vocalibus in breves mutatis, & è diphthongis poſteriori ſublata*: ut, τάπλεσκε *pro* ἐτάπλε, τίθεσκε *pro* ἐτίθει, ποίεσκε *pro* ἐποίει, ξώσκε *pro* ἔζη. *Quamvis autem hoc idem fieri dicant Cannius & alii nonnulli, in reliquis perſonis, non tamen illius, niſi ex Poëtis exempla proferri poſſe, ſunt qui contendant.*
      - Prima & tertia *ſingularis nonnullorum verborum in* μι *Ionicè deſinunt in* εα & ες, *ut pluſquamperfectum*: ut, ἐτίθεα *pro* ἐτίθην, ἐτίθεες *pro* ἐτίθης. *Sic* ἐμὶ *habet* ἔα & ἔλω *pro* λῶ *primæ & tertiæ perſonæ. Pro Poëtico etiam* ἔες, ἐῆς, *à prima perſona* ἔον, *Iones dicunt* ἔεις *pro* ἧς.
    - Perfectum: *Characteriſticam literam* κ *exterunt Iones, & longam antecedentem corripiunt*: ut, βέβαα *pro* βέβηκα, ἕστα *pro* ἕστηκα. *Nonnunquam tamen longam retinent*: ut, κεκόπηκε κεχήρηα *pro* κεχήρηκα: *niſi poëticum ſit.*
    - Pluſquamperfectum: *Primam in* εν *vertunt Iones in* εα *tertiam* ει *in* ες: ut, ἐτετύφεα *pro* ἐτετύφειν. *Pro* ἤειν *autem dicitur* ἤια, *teſte Euſtathio: qui etiam obſervat* εα *rurſum contrahi ab Ionibus in* η: ut, ἐρήκεα, ἐρήκη: *Tertiæ autem in* ες *adjungi* ν: ut, ἐρήκεσσ, ἐσήκεεν *quod rurſum contrahatur in* ει: ut, ἐρήκεεν *pro* ἐρήκεε, ἐσήκεεν *pro* ἐσήκεε; *unde apud Homerum,* ἦσκεν ἕρεα καλὰ, *pro* ἦσκες, *in* 3. *Iliad. Sic* ἤδεεν *pro* ἤδεε.
    - Aoriſtus *uterq; in tertia ſingulari formatur ab Ionibus, ut dictum eſt in Imperfecto*: ut, τάξασκε *pro* ἔταξε, πόησασκε *pro* ἐποίησε, ἄδοσκε *pro* ἔδωκε, ἀδόκησκε *pro* ἔδωκε.
    - Futurum *primum*:
      - Ad *tertiam ſingularem addunt Iones per paragogen* ευ: ut, τύψευ *pro* τύψει,
      - Quintæ *conjugationis circumflexum reſolvunt Iones*: ut, ἐρέω *pro* ἐρῶ, νεμέω *pro* νεμῶ.
      - Unum *eſt verbum* ἔρδω *Ionicum, quod futurum habet* ἕρξω. *Fit enim à* ῥέζω, ῥέξω, *& per metathaeſin* ἔρξω.
    - Futurum *ſecundum reſolvunt Iones*: ut, τυπέω *pro* τυπῶ, τυπέομαι *pro* τυπῶμαι.
  - Subjunctivo. *Tertiis perſonis ſingularibus ſubjunctivorum, ſæpè addunt Iones* σι *vel* σιν *ſequente vocali*: ut, δῶσι *pro* δῶ. *Quidam ionа non ſubſcribunt*, διδῶσι *pro* διδῷ, τύπῃσι *pro* τυπῇ, ποιῆσι *pro* ποιῇ. *Quod ſi circumflexam terminationem reſolvant, ut initio dictum eſt, terminant in* εησι: ut, ποιέησι *pro* ποιῇ, πιθέησι *pro* πιθῇ. *Varinus annotat Atticam hanc eſſe in ſubjunctivis paragogen & nominatam fuiſſe* Γ' ὄνκειον, *quod ea in primis Ibycus uteretur.*
  - Infinitivo:
    - Hujus *tempora omnia, excepto Aoriſto primo, formant Ionas, ut Attici, eo ſolum diſcrimine quod* αι *non adjiciant*: ut, ταπλέμεν *pro* τάπλην, πεπαυκέμεν *pro* πεπαυκέναι, θέρδε *pro* θέρδαι.
    - Perfectum *formant Iones à perfecto activo, ſublato etiam* κ: ut, τεθνάω *à* τέθνακα, *pro* τεθνηκέναι: ἑστάω *ab* ἕστακα, *pro* ἑστηκέναι: βεβάω *à* βέβακα *pro* βεβηκέναι.

M. Reliqua genera ſunt

- PASSIVUM, *cujus conſiderandus eſt* Modus
  - Indicativus:
    - Nonnulla *verba in* μι *in Paſſivo genere apud Iones vocalem longam ſervant. Atticorum more*: ut, ὄρημαι *pro* ὄρωμαι, ὄνημαι *pro* ὄνωμαι.
    - Secunda *perſona ſingularis aliquot temporum, Præſentis, Imperfecti, Futurorum trium, Subjunctivi item, formatur à tertia ejusdem numeri, ex ultima Syllaba detracto* σ: ut, τάπλη *pro* τάπλῃ, ἐτάπλε *pro* ἐτάπλης, ταχθήσεα *pro* ταχθήσῃ, ταγήσεα *pro* ταγήσῃ, πτάξεα *pro* πτάξῃ, ἐπίθεο *pro* ἐπίθεσο, *ab* ἐπίθεῦ: πεθήσεα *pro* πεθήσῃ, *à* πεθήσεται; ἴσεο *pro* ἴσασο, *ab* ἴσαῦ: ἐδίδο *pro* ἐδίδοσο, *ab* ἐδίδοῦ: ἐζεύγνυο *pro* ἐζεύγνυσο, *ab* ἐζεύγνυῦ: βοᾶαι *vel* βοᾶη, α *in* η *mutato ex* βοᾶται *pro* βοᾶη. *Dicunt alii ſecundam perſonam Imperfecti in* ευ *circumflexum reſolvi Ionicè in* εο: ut, ἐτάπλεο *pro* ἐτάπλευ. *Eſt tamen prior datus canon generalior, etiam eas ſecundas comprehendens, quæ non eſinunt in* ευ *circumflexum.*
    - Prima *pluralis deſinens in* μεθα, *omnium temporũ & modorum, ad* θ *perepentheſin acquirit Ionicè* σ: ut, ταπλόμεθα *pro* ταπλόμεθα, ἐποιεμεθα *pro* ἐποιέμεθα, πιθεμεθα *pro* πιθεμεθα.
    - Tertia *perſona pluralis Præteriti perfecti & Pluſquamperfecti omnium conjugationum formatur à tertia ſingulari, ut apud Atticos dictum eſt*: ut, τετύφατο *pro* τετυμμένοι εἰσὶ, ἐψάλατο *pro* ἐψαλμένοι εἰσὶ, ἐπεποίηθο *pro* ἐπεποίηντο. *Addit Anteſignanus, in quinta Conjugatione, non inveniri hanc Ionicam perſonam, niſi verbum deſinat in* λω & ρω, *ubi* λ & ρ *aſpiratur, ut quibusdam placet*: ut, ἐσπάρατο, *ſeminati ſunt. Herodotus in Pluſquamperfecto pro* ἐξαλάθη, *dixit* ἐξελάδαθο, *per pleonaſmum ſyllabæ* δα. *Neque enim invenitur in verbis ſextæ, quæ ante* τ *habent* σ.
  - Imperativus. *Secundam ſyllabã Imperativi Paſſivi deſinentem in* ε *Iones reſolvunt in* εο: ut, τύπλεο *pro* τύπλε, φείδεο *pro* φείδε. *Deſinentem autem in* το *per Syncopen minuunt, abjecto* σ, & *fit in verbis in* Μι: ut, πθέο *pro* πίθεσο, ἴσαο *pro* ἴσασο, δίδοο *pro* δίδοσο, ζεύγνυο *pro* ζεύγνυσο.
  - Optativus. *Nam*
    - Prima *pluralis in* μεθα, *acquirit apud Ionicè* σ: *ut in Indicativo*: ut, ταπλίμεθα *pro* ταπλείμεθα.
    - Tertia *pluralis in* το *deſinens, loco* ν *abjecti, acquirit* α: ut, ταπλοίαθο *pro* ταπλοιντο: ταχθησοίαθο *pro* ταχθήσοιντο.
  - Subjunctivus. *Nam*
    - Secunda *ſingularis præſentis formatur à tertia Iones, ut in Indicativo*: ut, τάπλεαι *pro* τάπλῃ.
    - Prima *pluralis in* μεθα *acquirit Ionicè* σ, *more temporum Indicativi*: ut, τάπλώμεθα *pro* ταπλώμεθα.
  - Infinitivus. *Hic*
    - Diphthongus ει *primæ circumflexorum nonnunquam reſolvitur Ionicè in* εα: *ut apud Heſiodum* ἐξαλέαθαι *pro* ἐξαλεῖαθαι, ἀπολέαθαι *pro* ἀπολεῖαθαι.
    - Aoriſtus *uterque Ionicè deſinit in* μεν, *abjecto* αι *ab Attica formatione*: ut, ταχθήμεν *pro* ταχθῆναι, ταγῆμεν *pro* ταγῆναι, σταθῆμεν *pro* σταθῆναι.
- MEDIVM: *Vide ſign.* ☞

☞ MIDEVM:

MEDIVM: *cujus Ionicæ variationes eædem sunt, cum Activo & passivo genere, quatenus cum iis terminationum debita proportione conveniunt: eos carptim perstringemus omnia, vel saltem præcaque*

- Secunda *singularis Medii generis Indicativi & Subjunctivi modi formatur Ionicè à tertia, abjecto* τ, *ut, dictum est in præsenti Indicativo passivo: ut,* πάπλεαι *pro* πάπλη, *à* πάπλεται, ἐπέξαο *pro* ἐπέξω, *ab* ἐπέξαθ, πάπτηαι *pro* πάπτη, *à* πάπτηται. *In hoc genere eodem pacto formatur secunda Aoristorum modi Subjunctivi: ut,* πάχηαι *pro* πάχῃ, πωνηαι *pro* πάγῃ.
- Prima *pluralis in* μεθα, *Indicativi, Optativi & Subjunctivi, acquirit* σ, *ut, in Passivo: ut,* τυπτόμεσθα *pro* τυπτόμεθα, πεξαίμεσθα *pro* πεξαίμεθα, *&c.*
- Tertia *singularis, ut & prima Plusquamperfecti Indicativi Ionicè desinunt in* εα *&* εε, *ut in Activo: ut,* ἐπεπάγεα *pro* ἐπεπάγειν, ἐπεπάγεε *pro* ἐπεπάγει.
- Futurum *secundum circumflexum Iones resolvunt: ut,* ταγέομαι, *pro* ταγοῦμαι, ταγέεσθαι *pro* ταγεῖσθαι.
- In *Imperativo secundam in* σ, *vel verborum in* το *desinentem Iones efferunt, ut in Passivo dictum est: ut,* πάπτεο *pro* πάπτου, ἴσαο, *pro* ἴσασο.
- In *Optativo tertia pluralis in* τὸ *desinens formatur, ut in Passivo: ut,* τυπτέαιτο *pro* τύπτοιντο, πεξαίατο *pro* πέξαιντο.
- In *Infinitivo, Præteritum perfectum Attico more formatur, sed tamen negligentiùs: ut,* τετυγέρθαι *pro* τετυχθαι.
- Verbi ἔω *Perfectum* εἶα *&* ἦα *Ionicè habet* ἧα *& Plusquamperfectum* ἤειν, *Ionicè habet* ἦα, *ut* ἐπεπάγεα.

I.
PARTICIPII *Ionicæ datur est ratio, quæ Nominum, quæ Verborum, quatenus cum iis declinationũ & conjugationum similitudine convenit. Ergo ratione*

- Nominis, *quæ secundæ & tertiæ declinationis sunt participia, eodem, ut illæ, modo declinantur: ut,* ταπεινωθεὶς *pro* ταπεινωθείς, ταξαμένφασι *pro* ταξαμένοις.
- Verbi, & *illius tum*
  - In tii. *Participia quoque augmenta vel abjiciunt: ut,* βλήμενος *pro* βεβλημένος: *vel præter usum communem acquirunt: ut,* κεκμηὼς *Aor. 2. pro* κεκμηώς, πεπαλὼν *pro* παλών.
  - Finis *vel etiam Penultimæ:*
    - Participia *circumflexa eodem modo, ut verba, resolvuntur Ionicè: ut,* ταγέων *pro* ταγῶν, λυπεόμενος *pro* λυπούμενος: *in secunda quoq; circumflexorum* χρεώμενος *pro* χρώμενος, ορμεώμενος *pro* ὁρμώμενος. *Ita verbum substantivum* ὤων, ὄσα, ὄν, *Ionicè habet* ἐὼν, ἐοῦσα, ἐόν.
    - Perfectum *formatur Ionicè à perfecto activo omisso* κ: *ut,* ἑστεὼς, *pro* ἑστηκὼς: βεβαὼς *pro* βεβηκώς.
    - Participio ἐπὼν, *ait Corinthus, non utuntur Iones, sed solo* ἔπας, *ut,* πύψας.
    - Futurum *medium* τυπέομαι, *Iones faciunt* τυπεύμαι, *ut Dores, teste Caninio.*

K.
In reliquis orationis partibus pauca observantur quæ Ionæ peculiaria habent: In

- ADVERBIO:
  - Ea, *quæ descendunt à genitivis pluralibus contractis primæ conjugationis in* ης *&* εις, *Ionicè resolvuntur: ut,* ἀληθέως *pro* ἀληθῶς, ἀτρεκέως *pro* ἀτρεκῶς.
  - Δόξω *dicunt Iones pro* δόξῃ, *ultima productâ.*
  - Οὕτω, *sequente vocali apud Ionas non recipit* σ: *ut apud Herod.* ὥτω ἄπειμι.
- Conjunctione, *Iones* ω *in* σ *mutant: ut,* ὧν *pro* ὅν, γῶν *pro* γῦν.

D.
Audivimus *hactenus, quæ sint unius dictionis Ionicæ affectiones. Iam quæ duarũ sunt, aut plurium videndum est, ratione tum*

- Orthographiæ *si diversitas aliqua in scriptis & pronunciatis literis oboriatur, aut diversæ voces vel*
  - Disjungantur, *cùm junctæ esse deberent: simul que vel*
    - Intercedat *aliquid, est ἁ; Tmesis vel Hyperbaton: ut,* ἐξ ὧν ἕλον *pro* ἐξῶν. *Consueverunt enim Iones ὧν rejiciendam inter verbum & præpositionem inserere. Sic* λέων κῦ ταῦρον ἐδηδώς, *pro* κατεδηδώς. *Item* κῦ δ' ἔλεγεν Ἡσίοδα *pro* κατὰ ἔλεγεν.
    - Nihil *intercedat: ut,* πέλοπος νήσου, *pro* πελοπόννησον· αὖλα ἄρριον *pro* αὖραγον: ἔλαιον *pro* ἀγριέλαιον: δῶρα ἀπαίρεσθαι *pro* ἀφαίρεσθαι.
  - Conjungantur *disjungendæ per contractionem, quæ fit vel*
    - Simpliciter *Vocalium*
      - Α Ο *in* Ω: *ut,* θῶλα *pro* τὰ ὄωλα.
      - Ο Α *in* Ω: *ut,* τἄγαλμα *pro* τὸ ἄγαλμα, ὤνθρωπος *pro* ὁ ἄνθρωπος, *quod alii tribuunt Atticis.*
      - Ο Ε *in* Α: *ut,* ἄτερος *pro* ὁ ἕτερος.
      - Ω Α *in* Ω: *ut,* ὦναξ *pro* ὦ ἄναξ.
    - Mixtæ
      - Vocaliũ & Diphthongorum: *ut,* Ο ΑΥ *in* ΑΥ: *ut,* ἀυτὸς *pro* ὁ αὐτός.
      - Diphthongorum & Vocalium
        - Ο Ι Α *in* Ω: *ut,* ὤνθρωποι *pro* οἱ ἄνθρωποι.
        - Ο Ι Ε *in* Α: *ut,* ἄτεροι *pro* οἱ ἕτεροι.
        - Ο Υ Ε *in* Α: *ut,* θατέρῳ *pro* τῷ ἑτέρῳ.
        - Ω Ε *in* Α: *ut,* θατέρων *pro* τῶν ἑτέρων.
- Syntaxeos. *Iones appellatos fuisse* μακρολόγους, *quòd longiore uterentur verborum ambitu, testatur Cœl. Rhodig. lib 28 cap. 4. Est autem in ipsa orationis structura notanda Ionibus usitata*
  - Redundantia *vel Pleonasmus Articuli, Pronominis, aliarumve partium orationis, quod lectio auctorum facilè edocebit. Sic* γε, ἄρα, ὦν, τε, *& similia sæpè parèlxei.*
  - Defectus, ἔλλειψις. *Ita dicunt* μὴ ὢ *scilicet* τὸ τῶν *posthac vel postea:* ἢ ὡς *scilicet* τὸ τοῦς, *&* ὡς ὢ *scilicet* τὸ τοῖς, *præterea, &c.*
  - Enallage,
    - Numerorum. *Plurali numero pro singulari frequenter utuntur Iones: ut apud Herodotum* βιώσιμα *pro* βιώσιμον.
    - Casuum. *Nominativum pro Genitivo instar Atticorum usurpant Iones: ut apud Homerum,* οἱ ὃ ἑλὼ σκόπελοι, ὁ μὲ ἀφνὸν *pro* τῶν ὃ ἑλὼ σκοπέλων.
    - Modorum. *Infinitivus sæpè apud Ionas Imperativi vice ponitur: ut,* ἀγορεύειν *pro* ἀγόρευε *apud Homerum. Fit hoc inprimis in præceptis, pactionibus & præconiis.*
    - Temporũ. *Nam*
      - Imperfectum *sumunt pro præsenti Iones: ut apud Homer. l 22.* ἀλλὰ τὸ ἀρτεπὴς ἐμὲ ἐπίκλοπον ἔπλεο μύθων: *ubi Eustathius annotat* ἔπλεο *vel* ἐπέλεο, *Ionicè sumi pro* πέλεις.
      - Perfecto *pro præsenti utuntur Iones, teste Eustath. ut* Δελφινόμαι *pro* Δελφινεύμαι.
  - Anastrophe: *ut,* ᾧ ἔπι *pro* ἐπὶ ᾧ ὄρνιθες ὡς, *pro* ὡς ὄρνιθες. *Herodotus lib. 4:* ὑπερβορέων ὃ ὧδε αὐθρώπων, ὅτι τ Σκύθαι λέγουσι ἐδὲν, *pro* ὧδε ὑπερβορέων ὃ αὐθρώπων.

DIALE-

DIALECTVS DORICA.

Significationes vocum, quæ peculiares sunt Dorienſibus. Ergo Ῥήτρα, pactum, conventio, Doricè eſt lex, ὁ νόμος. Φόνοι, cædes: Doricè ii, qui perpetrant digna cæde. Τοῦλος dicunt, pro πας. Τὰ pro πυά. Κνυζᾶν, deturpare: Doricè radere. Αὖψ iterum: Doricè retrò, ὀπίσω. Ἐν pro ἐς, ἐν χρὸν pro ἐς χρόνον. ut notat Io Grammaticus. Ἀνὰ pro σπώ: ut, χρύσεα ἀνὰ σκήπτρα, pro σπὼ χρύσεα: αὔτινον pro σώτινον.

Dorienſium idioma aſperius eſt, ut & Aeolum. Dicti ob id παλαιόδωμοι, & apud Theocritum mulieres πλατεάσδοισαι ἀπὸ πατρός, ob frequentem uſum literæ α. Peloponeſiis uſitatum fuit, Spartanis imprimis, Dorienſium nobiliſſimis: Argivis item, Rhodiis, Cretenſibus & aliis: qui tamen inter ſe non penitus conſenſerunt. Eo etiam ſunt uſi Pythagoræi, Epicharmus, Pindarus, Ibycus, Bacchilides, Archytas, Symonides, Theocritus. Nos ejus naturam inveſtigaturi generaliſſima diviſione conſiderabimus &

Voces ipſas tum

Vnam dumtaxat: quæ à communi uſu diverſa eſt vel

Ex parte ſolummodo. Conſiderandum hoc eſt tum

Orthographiæ, quatenus dictio vel

Augetur

Initio: tum Litera, B: βηλέα pro ἠλέα. Solent enim Dores β præfigere dictionibus à vocali incipientibus. T: ut, τοὶ pro οἱ, τὼς pro ὡς. Χ: ut, χαλκὸς quaſi ἀλκὸς, ait Etymologus. tum Syllaba. Sic nova formant themata per reduplicationem, τετύχω pro τυγχάνω.

Medio, tum Litera, I: ut, πνοίη pro πνέη, ὀλέσσας pro ὀλέσας. Eſt enim Dorum proprium iota ad ο apponere, teſte Corintho. Υ: ut, ζατεύω pro ζητέω. Β. ut, ἔβα, pro ἔα, ἔβασαν pro ἔασαν, Grammaticus. Θ: ut, θλιχθὰ pro θλιγῆ, τεῖχθὰ pro τειχῆ. Ν: ut, ὀρώω pro ὀρύω. Σ: ut, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα. Diplaſiaſmo etiam utuntur, geminatione nimirum trium conſonantium, ut vult Corinthus: ut, ὄττι pro ὅτι, ὀππόθεν pro ὀπόθεν, ὄσσον pro ὅσον. tum Syllaba, A: ut, ποσείδαον pro Ποσειδῶν. E: ut, κευὸς pro κενὸς, ἀεργὸς pro ἀργὸς. Με: ut, βήμμαι pro βλῶμαι. Io. Grammaticus.

Fine: tum Litera, N: ut, ἐγὼν pro ἐγώ. Σ: ut, οἵκαδες pro οἶκαδε. tum Syllaba, I: ut, καλοῖσι pro καλοῖς. Γα: ut, ἐγώνγα pro ἐγώ. Νη: ut, ἐγώνη pro ἐγώ.

Minuitur

Initio, tum Litera, T: ut, ἥμος pro τῆμος: tum Syllaba, Θε: ut, λῶ pro θέλω, λῆς pro θέλεις.

Medio, tum Litera, I: ut, σφὲς pro σφεῖς, γράφσω pro γράφειν. Ait Gramm. iota ſemper detrahunt Dores: ſecundum Corinthum autem, è materialibus etiam ſubducunt: ut, ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος. Υ: ut, νὰς pro νωῦς, βασιλέσι pro βασιλεῦσι. Δ: ut, πάελος pro πάελδος. Θ: ut, ἐσλὸν pro ἐσθλόν. Ρ: ut, ἔμπορθεν pro ἔμπροσθεν. Σ: ut, ὄπιθον pro ὀπίσθεν. Illius autem loco quandoque aſperum ſpiritum ſequenti vocali inſcribunt: quod etiam agunt Argivi, Lacones, Pamphylii, Eretrii, Oropii: ut, αἵ pro αἵσι, βέοα pro βέσσα, μοῖκος pro μοιχὸς. tum Syllaba, E: ut, ἔγγυος pro ἐγγύης, ἔδλωμαι pro ἐδέλωμαι. ΕΥ: ut, κέλομαι pro κελεύομαι. Μο: ut, ὁπάτερος pro ὁμοπάτριος, ὄτριχας pro ὁμοτρίχας. Ο: ut, ὠμέλας pro ὠμόλαβος.

Fine, tum Litera, Σ: ut, ὁ pro ὅς: tum Syllaba, Α: ut, παῖ pro παιδὸς, αὖ pro ἀνά. Βδλα: ut, λαὺ pro λάβδλα. Μα: ut, δῶ pro δῶμα. Μον: ut, Κεί κεῖμον. Τα: ut, κέρα pro κεῖρα. Apocope certè. Dorum eſt propria.

Mutatur: de quo vide ſign. A.

Generatim, ratione

Quantitatis. Ergo

Productiones ancipitium, Dorum ſunt propriæ, teſte Grammatico, & Corintho: ut, ἴσος ξυναλίω. Sic τὸ ὕδωρ καὶ ἁλὺς, ut ſcribit Etymologus, producunt. Ἅλες, tamen ait Corinthus, Ionicè & ipſi corripiunt, ut apud Theocr. ὧν ἅλες, ὧν εἶπας, καὶ ἁλοῖτα τὺ τᾷμὴ ἰδόντα.

Corripiunt Dores accuſativos plurales appellativorum in ας definentes, ſimiliter etiam participia: ideo etiam tonum mutant: ut, νύμφας pro νύμφας, κρήνας pro κρήνας, νοήσας pro νοήσας, πεφύξας pro πεφύξας.

Proſodiæ: ſyllabarum nimirum tum.

Spiritus. Solent Dores ex puncto ſigma in medio, aſperum ſpiritum ſequenti vocali adſcribere: ut, ποίηαι pro ποιῆσαι.

Toni, quem Dores vel

Vltima in Penultimam. Nam

Ex Oxytono in ους maſculino Doricè & Aeolicè fit barytonum: ut, βασίλους pro βασιλοῦς, ὀδύσσους pro ὀδυσσοῦς.

Ex Periſpomeno faciunt Dores, in adverbiis inprimis Qualitatis Paroxytonon: ut, σόφως pro σοφῶς, ἁπλως pro ἁπλῶς.

Penultima in Vltimam. Ex Paroxytono faciunt Dores Periſpomenon, in genitivis pluralibus, adverbiis qualitatis, & futuris primis verborum: ut, παιδῶν pro παίδων, παντῶν pro πάντων: ὑτῶς pro ὕτως, παντῶς pro πάντως: τυψῶ pro τύψω, ποιησῶ pro ποιήσω.

Antepenultima in Penultimam:

Proparoxytona pluralia in οι, nomina & participia. Fœminina item pluralia in ες recti caſus, & Indefinita in ων & ον definentia Doricè fiunt paroxytona, ut, φιλοσόφοι pro Φιλόσοφοι, καλωθοὶ pro καλάθμοι: ὀρνίθες pro ὄρνιθες: ἑστάσαν pro ἔστασαν, ἐλάδον pro ἔλαβον.

Proparoxytona mutant Dores in Properiſpomena futurorum mediorum: ut, τυψέμαι pro τύψομαι.

Transferunt in aliam ſyllabam ex

Retinent in eadem ſyllaba: ſed ex Properiſpomeno faciliùs Paroxytonum: ut, χείρες pro χεῖρες, νάες pro νῆες.

Speciatim. Vide ſign. B.

Omnino. Habent enim & ipſi quaſdam voces peculiares, quales ſunt: Αἰμαχερείαι mortuorum parentationes. Αἰτὼς, lucus. Ἀπφὺς pater. Βαίτη, veſtis paſtoralis. Μύχων, palearum acervus. Πρὰξ, roris gutta, &c.

Plures, vel Syntacticè vel Orthographicè cohærentes. Vide ſign. C.

A. Mutantur *inter se Literæ apud Dores re ſpectu tum*

- *Figuræ per adiectionem, quatenus mutatur*
  - **Vocalis**
    - **Vna**
      - A *in*
        - E: *ut,* πάϊδε *pro* παῖδα, ἄτερ *pro* ἕτερ.
        - H: *ut,* σιγλῶν *pro* σιγλᾶν: *nimirum ſi a natum ſit ex contractione* αε *&* αη: *vel etiam ſi fuerit* α *ex* αϝ *&* αη. *Tum enim mutatur in* η, *licet iota ſubſcribendum neglegatur.*
        - Y, *quod Aeoles quoque agunt: ut,* σύξ *pro* σαῖξ, Etymologus.
      - E *in*
        - A *breve: ut,* γα *pro* γε, ἄοσον *pro* ἔοσον, τράχω *pro* τρέχω, ἄκε *pro* ἔκε.
        - O: *ut,* λάβον *pro* λαβοῖ, *aſſumpto* ι *ſuperv.*
        - Ω: *ut,* νωμῶ *pro* νέμω, *quando nimirũ verba circumflexa ſumuntur pro barytonis:* ὄτερ *pro* ἕτερ.
      - H *in*
        - A *longum: ut,* σελάνα *pro* σελήνη. *Et ſi duo* η *in duabus ſyllabis ſe mutuo ſequantur, utrumque abit Doricè in* α: *ut,* παγάν *pro* παγλῶ. *Quamvis dicat Corinthus, primæ conjugationis circumflexorum paſſiva indefinita corripi in penultima: ut apud Theocritum* γαμαθῆσα *pro* γαμηθῆσαι: *ubi per penultimam non poteſt, niſi μα, quod ex μη Doricè factum eſt, intelligi, quod in maſculino* γαμαθὲις, *eſt penultima. Regula eſt: In omnibus partibus orationis, cujuſcunque numeri, caſus & perſonæ, Dores* η *in* α *longum mutare conſueverunt.*
        - EE: *ut,* φιλέεσαι *pro* φιλῆσαι, *ait Etymologus.*
        - EI: *ut,* τίθεικα *pro* τεθηκα *Æoticè.*
        - Ω: *ut,* τῶς μελίσσως *pro* τῆς μελίσσης, τῷ μελίσσῳ *pro* τῇ μελίσσῃ.
    - **Plures *nimirum***
      - O *in*
        - A: *ut,* ἔϊκαπι *pro* ἔϊκοσι.
        - E: *ut,* ἀργεφόντης *pro* ἀργοφόντης, ἀνδρεφόνος *pro* ἀνδροφόνος.
        - OY: *ut,* ταξόμαι *pro* τἀξόμαι.
        - Ω: *ut,* ὦρος *pro* ὅρος, κᾶρος *pro* κόρος.
      - Ω *in*
        - A *productum: ut,* πεῶτος *pro* πρῶτος, μεσσᾶν *pro* μεσσῶν, γελαᾶν *pro* γελᾶν. *Hinc Cruſius ait, ſe credere* ω *pronunciatum fuiſſe per* α *obſcurum.*
        - EY: *ut,* ἠγάπευν *pro* ἠγάπων, ὀπλεύμρος *pro* ὀπλώμρος. *Hoc tarò inquit fieri Caninius.*
      - **Plures *nimirum***
        - AE *in* H: *ut,* ἔζη *pro* ἔζαε. *Et licet* αει *fuerit, tamen in* η *vocalem abit, iota ſubſcribendo neglecto: ut,* βοῆς *pro* βοάεις.
        - EA *in* A: *ut,* θάσσα *pro* θεάσσα: *&* EI *in* H: *ut,* κρῆς *pro* κρέας.
        - EO *in* EY: *ut,* πλεύς *pro* πλέος *&* ἀγεύς *pro* ἄγεος. *In verbis paſſivis hoc frequens, ubi* ει *per aiæreſin ex* ε *factum eſt: ut,* ἐπιτεύ *pro* ἐπιτέου.
        - OA *in* Ω: *ut,* βῶξ *pro* βόαξ.
        - ΩH *in* A: *ut,* ᾠδά *pro* ᾠδήν. *Niſi dicamus eliſo* ω, *vocalem* η *mutatum fuiſſe in* ᾰ.
  - **Diphthongus:**
    - A. *cum iota ſubſcripto, ut* ᾳ *&* ῃ *&* ῳ, *in pronuntiatione ſono carente: diphthongi Doricè amittunt iota ſubſcriptum, & in ſimplices vocales abeunt, ut* τῷ αἰνείᾳ, *pro* τῷ αἰνείᾳ. *Quamvis hoc non ita ſit generale, ut non frequenter etiam iota ſubſcriptum retinant.*
    - AY *in*
      - A: *ut,* νᾶν *pro* ναῦν: *item in* Ω: *ut,* ὦλαξ *pro* αὖλαξ.
      - OY: *ut,* τέῳς *pro* τοῦς.
    - EI *in*
      - A: *ut,* κλᾶδας *pro* κλεῖδας, κλᾶξ *pro* κλείς. *Quidam enim iota ſubſcribunt.*
      - AI: *ut,* αἰ *pro* εἰ, φθαίρω *pro* φθείρω.
      - H: *ut,* ἰᾶλῶ *pro* ἰάλειμαι, τῶ *pro* κεῖνο. *Et verò non debet eſſe factum per pleonaſmum litteræ* ν, *ut in Ionico* ξεῖνος *pro* ξενος: *tum enim non mutatur in* η, *ut vult Euſtathius.*
    - EY *in* OY: *ut,* ἔσσευται *pro* ἔσσυται. *Sic ille Scaron:* ἔρρει τὰ καλὰ, Μινδλας ἐπέσσε, *id eſt, πέθνηκε. Obſervavit hoc Caninius.*
    - OI *in* Ω *cum iota ſubſcripto: ut,* ᾠμῳδικὸς *pro* ποιμῳδικός.
    - OY *in*
      - A: *ut,* αἰνέα *pro* αἰνέας, πὰ *pro* ποτὰ: *&* OI: *ut,* μᾶσα *pro* μοῦσα, ἔχοισα *pro* ἔχουσα.
      - EY, *quoties* ε *venit ex contractione, ſæpiùs in* ευ *vel* εϝ, *& quoties in verbis circumflexum habet, quamvis non veniat ex contractione: ut,* φιλησι *pro* φιλεῦσι, ἀλδμαι *pro* ἀλεύμαι, *ſalio.*
      - Ω: *ut,* ὠρανὸς *pro* οὐρανὸς, μῶσα *pro* μοῦσα.
- **Conſonans**
  - **Muta**
    - Π *in* Φ: *ut in* κἄφα *pro* κἄπα. ΠΤ *etiam in* Σ: *ut,* νίζω *pro* νίπτω, *apud Etymologum.*
    - Κ *in* Γ: *ut,* τλῶν *pro* τλῆν.
    - Τ *in*
      - Π: *ut,* σπάθλιον *pro* σάθλιον: *in* Κ *etiam: ut,* πόκα *pro* πότε, ὄκα *pro* ὅτε.
      - Δ: *ut,* θέμιδος, *teſte Guillonio: & in* Ν: *ut,* τετρασνὲς *pro* τετραετές.
    - Β *in* Δ: *ut,* ὄδελος *pro* ὄβελος: *&* Μ: *ut,* μιαμφόνος, οἷον βιαμφόνος, *ait Etymologus: &* Ζ: *ut,* ζέρεθρον *pro* βέρεθρον.
    - Γ *in* Δ: *ut,* δνοφερὸς *pro* γνόφος, δᾶ *pro* γᾶ: *&* Ζ: *ut,* φύζα *pro* φυγή.
    - Δ *in* Θ: ψυθος *pro* ψοῦδος: *&* Ζ, *ut,* ἀζηχὲς *pro* ἀδηχὲς, Etymologus.
    - Θ *in* Σ: *ut,* σεὸς *pro* θεός: *&* Χ: *ut,* ὄρνιξα *pro* ὄρνιθα.
    - Χ *in* Κ: *ut,* κύτρα *pro* χύτρα, κιτῶν *pro* χιτῶν, *teſte Io. Grammatico.*
  - **Semivocales**
    - Λ *in* Ν, *ſequente* β *&* τ, *ut ait Caninius. Eam certè literam nominatim dicit H. Stephanus in hac Dialecto τὰν λ' ἀπηρυχέειν: ut,* φίνβατος *pro* φίλβατος, λύθομες *pro* ελβομεν.
    - Ν *in* Σ: *ut,* τύπτομες *pro* τύπτομεν: *in omnibus pluralibus verborum, deſinentibus in* μεν.
    - Ρ *in* Κ: *ut,* μικκὸν *pro* μικρόν.
    - Ζ *in*
      - Δ *ſimplex & duplex: ut,* ἔρδω *pro* ἔρζω, *per metatheſin τὲ* ῥίζω, θερίδδειν *pro* θερίζειν.
      - Σδ: *ut,* συρίσδω *pro* συρίζω.
    - Σ *in*
      - Τ: *ut,* Φατὶ *pro* φασὶ, τὺ *pro* σὺ: *&* Δ: *ut,* πέφραδμαι *pro* πέφρασμαι, ὀδμὴ *pro* ὀσμή.
      - Ζ, *ſi duplex non fuerit: ut* νίζω *pro* νίσσω, ἁλάζω *pro* ἁλίσσω, *ait Etymologus.*
      - Ξ: *ut,* καθίξας *pro* καθίσας, *quod fit in Futuris & Aoriſtis primis 4. barytonorum.*
- **Situs, & ordinis.** *Ait Plutarchus, Dorienſium eſt literas transponere: ut* ἔρξαμις *pro* ἄρτεμις *per hypertheſin: &* βάρδις *pro* βράδις, κείνος *pro* κίρνος, κάρπος *pro* κράπος *per metatheſin.*

B. Iam

DORICA.

B.
Iam verò specialius Doricas proprietates, inprimis quoad finem seu terminationem vocum considerabimus,

- ARTICVLVM: ubi notanda sunt:
  - Vterque *articulus* eosdem mutationes Doricè recipit cum iis declinationibus nominum, juxta quas inflectitur: ut, τῶν μασῶν pro τῶν μισθῶν, τῶς pro τῆς, τῷ ριο τῷ, ἁ pro ἡ, &c.
  - Præpositivus *pluralis* οἱ & αἱ invenitur Doricè cum τ & accidit: ut, τοὶ pro οἱ, ταὶ pro αἱ, τοὶ θεοὶ pro οἱ θεοὶ, ταὶ μῶσαι pro αἱ μῶσαι.
  - Postpositivus
    - Ὅς Doricè amittit σ: ut, ὁ pro ὅς. *Apud Theocritum*, ὁ τριφίλητος Ἀδωνίς. *Sic Corinthus. Hinc etiam* ὁπος pro ὅσις: *apud Homerum Odyss. 5:* κλῦθι ἄναξ, ὅπις ἐσσί.
    - Ionum *more apud Dores quoq; per prosthesin acquirit* τ, *exceptis nominativis* ὅς & ἥ, *teste Cæcilio: ut,* τᾶ pro οὗ, τᾶς pro ἧς.
  - Compositivus ὅπις *Genitivum Doricè in* οῦ *format: ut,* ὅτου pro ὅτευ *Attico.*
- NOMEN *vel ejus accidentium ejus*
  - Speciei
    - Comparativæ. *Dores per Metaplasmum & ἀλλοιοχίαν jam dictam varia efficiunt comparativa, pro* κρέοσσων *dicunt* κρέσσων, *pro* μείων μήων, *pro* πλέων πλήων, *pro* ἔσσον ἄσσον *pro* πλέον, πλεῖν. *Inprimis autem notanda sunt quædam,*
      - Comparativorum *syllabam penultimam*, γ, δ, ι, θ, κ, χ, *vel similem Dores in* σσ *vertunt: ut,* ἔσσων pro ἐγγίων, βραδύσσων pro βραδυθίων, βάσσων pro βαθίων, γλύσσων pro γλυκίων, πάσσων pro παχίων, θάσσων pro ταχίων, ἐλάσσων pro ἐλαχίων.
      - Os *mutant Dores in* ων, *interveniente syncope: ut,* κάρρων pro κάρτερος, *elisa syllaba* τε.
      - Ιον *in* εις *vertunt Dores: ut,* βέλτειν pro βέλτιον, *quod alii Atticis tribuunt.*
    - Denominativæ, & *Numeralis. Dicunt Dorienses* τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, ἑξιχθὰ pro ἑξηκοντή, τριχθὰ pro τριακοντή, τετραχθὰ pro τετρακοντή, &c
    - Diminutivæ. *Habent Dores nonnulla peculiaria diminutiva;* φωτὶς *amiculus,* πυρρίχος *rufulus,* ὀσσίχος *quantulus.*
  - Generis. *Nam*
    - Substantivorum *nominum genera mutant Dores terminatione vel eadem existente: ut,* ἡ πέρδαρος pro ὁ πέρδαρος, ἡ ἰσθμὸς pro ὁ ἰσθμός: *vel diversa: ut,* ὁ φθόγγος pro ἡ φθογγή.
    - Adjectiva
      - Desinentia *in* ος, *communia faciunt Dores: ut,* ὁ καὶ ἡ γλυκαῦς, σερρός. *Dicunt enim* γλυκαῦς pro γλυκεῖα, σερρὸς pro σερρά.
      - Fœminina *in* η, *masculinorum in* ος, *Dores per* α *reddunt: ut,* καλὰ pro καλή, ἀγαθὰ pro ἀγαθή.
  - Declinationis. *Variè observanda est varietas*
    - Casuum, *in declinationibus*
      - Simplicium:
        - Prima:
          - In *singulari numero* η *Doricè mutatur in* α *longum: ut,* ποιητὰς pro ποιητὴς, ποιητᾶν pro ποιητῶν.
          - Genitivus *singularis Doricè desinit in* ᾶ: *ut,* αἰνέα pro αἰνέου. *Hoc imitatur communis usus in nominibus maximè propriis: ut,* θώμᾳ pro θωμοῦ, Πυθαγόρᾳ pro Πυθαγόρου. *Hoc ipsum sic eloquitur H. Stephanus: Primæ declinationis nomina in* αι, *quædam non in* ᾳ *tantum, sed etiam in* ᾱ *genitivum habent: quædam in* ᾳ *tantum: ut,* ἀρχύλλᾳ, παιδαλοίας, *habent* ἀρχίλλᾱ & ἀρχύλλα, παιδαλοίᾳ & παιδαλοία. *Sed* Μλωᾶς, Θωμᾶς, &c. *solùm habent* μλωᾶ, θωμᾶ.
          - Dativo *sæpiùs non subscribunt iota Dores: ut,* αἰνέα pro αἰνέᾳ ποιητᾶ pro ποιητῇ.
          - Genitivus *pluralis apud Dores desinit in* ων: *ut,* τῶν ταμιᾶν pro τῶν ταμιῶν.
          - Dativus *plura is Doricè desinit in* ης *vel* ησι *vel* αισι, *ut apud Ionas: ut,* ταμίης, ταμίῃσι, ταμίαισι, pro ταμίαις.
          - Accusativos *in* ας *corripiunt Dores, ut in Prosodia dictum est.*
        - Secunda:
          - Dores η *singularis numeri mutant in* α. *ut,* τιμᾷ pro τιμὴ, τιμᾶν pro τιμὴν.
          - Genitivi & Dativi *singularis* η *vel* α *mutant Dores in* ω: *ut,* τῶς μελίοσως pro τῆς μελίσσης, τῷ μελίοσῳ pro τῇ μελίσσῃ. *Iota subscripto, vel neglecto.*
          - Genitivus *pluralis apud Dores desinit in* αω, *ut in prima: ut,* τῶν ταμιᾶ., τῶν τιμῶν *In* εων *etiam, ut apud Ionas. Ait enim Etymologus Genitivi in* αν *à rectis in* αω. *Aeolicè quidem habent* ἄων, μελιοσάων: *Doricè autem* ἐων, πυλέων.
          - Dativus *pluralis formatur Doricè, ut in prima declinatione: ut,* γεφυρᾶς, γεφυραῖσι, γεφυρᾶσι, *pro* γεφυραῖς.
        - Tertia:
          - Genitivus *singularis Doricè in* ω *desinit, vel in* οιο: *ut,* λόγω *vel* λόγοιο *pro* λόγου.
          - Nominativus *pluralis in* οι *penultimam acuit, ut dictum in Prosodia: ut,* φιλοσόφοι *pro* φιλόσοφοι.
          - Dativus *pluralis Doricè per paragogen acquirit* ι: *ut,* λόγοισι *pro* λόγοις.
          - Accusativus *pluralis Doricè in* ος *vel* ως *desinit: ut,* τὼς λόγως, *vel* τὸς λόγος *pro* τὲς λόγες.
        - Quinta:
          - Ex *obliquis casibus singularis numeri Dores auferunt* δ & τ: *ut,* πάελς, παέλος *pro* παέλδος: χάελς, χάελος *pro* χάελτος. *Sic Io. Grammaticus. Hoc alias est Ionum.*
          - Genitivum & Dativum *singularem formant Dores à nominativo ablato* σ: *ut,* θάας, θάᾳ, *pro* θάαστος: φόρκυς, τῷ φόρκυ, τῷ φόρκῳ, *pro* φόρκυος, φόρκυι. *Ita quoque* ἰησοῦς, ἰησοῦ, ἰησοῦν *declinatur.*
          - Accusativum *singularem terminant Dores in* ᾰ: *ut,* παῖδλε *pro* παῖδα: *in* ω *item, nominum in* ες: *ut,* βῶν *pro* βῆν: & *in plurali* βῶς *pro* βῆς.
          - Vocativum *quandoq; resolvunt Dores: ut,* ποσειδᾶον *pro* πόσειδον.
      - Contractorum, *de quibus signo D.*
    - Terminationum, *quas novas ex antiquis & usitatis condunt Dores, exempli gratia:*
      - Αξ ex αις: *ut,* πάλλαξ *pro* παλλακὶς: *vel ex* αλος: *ut,* πόσαξ *pro* πόσαλος.
      - As ex εως: *ut,* νᾶς *pro* νεῶς.
      - H ex ις: *ut,* ἁμαξάλη *pro* ἁμαξάλις, φύη *pro* φύσις.
      - Ion ex ον: *ut,* κρᾶνον *pro* κρᾶνιον.
      - As *etiam ablato* ο: *ut,* ἀκρόπολας *pro* ἀκροπόλαος, *Ionum etiam consuetudine.*

RELIQVAS *partes. Pronomen sign. E. Verbum sign. F. Participium sign. G. Adverbium, Præpositionem, Conjunctionem sign. H.*

D. In Contractis quoque declinationibus Dores suas habent proprietates, in

- **Prima:** *Genitivum singularem Dorienses per ους reddunt: ut,* Αἰολίδους *pro* Αἰολίδης, Ἄρους *pro* Ἄρης. *Alii Dorienses etiam tribuunt genitivum primæ simplicium,* Αἰολίς *pro* Αἰολίδος: *ut & Vocativum in ε desinentem, qui aliàs est Aeolum: ut,* ὦ σώκρατε *pro* ὦ σώκρατες.
- **Secunda:** *Genitivus singularis apud Dores in ους desinit: ut,* πόλους *pro* πόλεως.
- **Tertia:**
  - Omnia *in* ους *masculina oxytona Doricè & Aeolicè sunt barytona, teste Caninio: ut,* βασίλους *pro* βασιλοῦς, Ὀδυσσους *pro* Ὀδυσσοῦς.
  - Genitivum *singularem formant Dores in* ους, *ut in prima & secunda declinatione: ut,* βασιλοῦς *pro* βασιλέως: *ut idem Caninius observat.*
  - Dativos *plurales à rectis in* ους *efferunt Dores, ut dativum pluralem primæ declinationis: ut,* βασιλέεσι *pro* βασιλοῦσι, Δωριέεσι *pro* Δωριεῦσι. *Apud Theocritum,* Δωριστὶ δ' ἔξεστι (ὁμοίως) τοῖς Δωριέεσι.
- **Quinta:**
  - Dores *in obliquis singularis numeri τ sæpiùs auferunt: ut,* κέρως *pro* κέρατος.
  - Definentia *in* εα *Doricè sæpiùs contrahuntur: ut,* κρῆς *pro* κρέας.

E. Pronominum *Doricas variationes in plerisq; speciatim annotabimus:*

- **Ἐγὼ in**
  - Nominativo *Doricè, addito* νη, *habet* ἐγώνη. *Sin η auferatur,* ἐγών: *& adjecta syllaba* γα, ἐγώνγα.
  - Genitivo ἐμοῦ *vel* μοῦ, *pro* μεῦ.
  - Dativo ἐμῖν *vel* μὶν, *pro* ἐμοὶ *vel* μοὶ.
  - Nominativo *& Accusativo duali* ἄμμε *pro* νῶ, *Antesignanus.*
  - Nominativo *Plurali* ἄμες *vel* ἄμμες *pro* ἡμεῖς. *Et sic in reliquis casibus η mutatur Doricè in α:* ἀμέων *vel* ἀμῶν, ἀμῖν, ἄμμε. *Alii Accusativum* ἀμᾶς *faciunt, quam fatetur Caninius se nusquam legisse.*
- **Σὺ in**
  - Nominativo *Doricè habet* τύ, σ *in τ mutato: & addito* νη *vel* γα, τυνή, τύγα.
  - Genitivo σεῦ, τεῦ, τεοῖο, *&, quod addit Ioann. Grammaticus,* σέθεν *pro* σεῦ.
  - Dativo τοὶ, τὶν, *&* τειν, *pro* τοι.
  - Accusativo τὺ *&* τὲ *pro* σέ.
  - Nominativo *& Accusativo duali* ὔμμε *pro* σφὼ, *Antesignanus.*
  - Nominativo *Plurali* ὔμες *&* ὕμμες *pro* ὑμεῖς. *In cæteris casibus Dores sunt Aeolibus similes* ὑμμέων, ὔμμι, ὔμμας. *Apud Theognidem,* πάντως κύρνε κῆ ὔμμασι ὀλεῖ.
- **Οὗ in**
  - Genitivo *habet Doricè* σοῦ.
  - Dativo σφὶν *pro* οἱ.
  - Accusativo μὶν *&* νὶν *pro* ἑ: *ducentes à nominativo inusitato* ἓς *pro* ὃς, *cujus accusativus est* ἵν *& præpositio* μ- *vel* ν, μὶν *vel* νὶν.
  - Nominativo *plurali* σφὲς *pro* σφᾶς.
  - Accusativo ψε *pro* σφᾶς.

Σός. *Mutant hoc Dores σ in τ, & inserunt per epenthesin ε: ut,* τεὸς, τεὰ, τεὸν *pro* σὸς, σὰ, σὸν.
Ἡμέτερος. *Doricè* ἀμέτερος: *item* ἄμος, ἄμα, ἄμον *pro* ἡμέτερος, *&c.*
Ὑμέτερος. *Doricè* ὑμὸς, ὑμὰ, ὑμὸν *pro* ὑμέτερος, *&c.*
Σφέτερος. *Doricè* σφὸς, σφὰ, σφὸν *pro* σφέτερος, *&c.*
Οὗτος. *Accusativum pluralem* τώτας, *efferunt Dorienses per* τάτας.
Ἐκεῖνος. *Dores ablato ε, & κ, in τ verso, ει in η, dicunt* τῆνος, τῆνα, τῆνον, *&* τῆνὸ *pro* ἐκεῖνος, *&c. Servatur nonnunquam, η, teste Etymologo, dicituráque* κῆνος.
Αὐτός. *Dores, unà cum poëtis, utuntur dictiunculis* μὶν, νὶν, *& ut vult Hesychius,* ψε, *pro* αὐτὸν, αὐτῷ, αὐτὸ, αὐτὰς, αὐτά. *Caninius observat* νὶν *Dorum esse,* μὶν *Aeolum.*
Ἑαυτός: *Pro* ἑαυτὸν *dicunt Cretenses* σάσον, *teste Corintho.*

F. Verborum *Doricas affectiones sigillatim omnes pendendæ veniunt, in eorũ*

- **Temporibus:** *& horum vel*
  - **Augmento:** *quod vel*
    - Detrahitur: *Dores & syllabicum & temporale augmentum è nonnullis verbis submovent: ut, apud Pindarum,* γέρας ἔδεκτο *pro* ἐδέδεκτο: ἄδον *&* ἆσα *pro* ἦδον *&* ἧσα, *ab* ἄδω, *cano. Hoc potius mutatione τε η in α, quàm augmenti sublatione factum videtur.*
    - Mutatur: *nimirum*
      - Ου *augmentum Dores nonnunquam in ω vertunt: ut* ὤθιζον *pro* οὐθιζον.
      - EI *quorundam verborum, nimirum illorum fidecin', quæ ad ε augmenti loco acquirunt iota, Dores veteres vertebant in η: ut,* ἤλκον *pro* εἶλκον, ἤχον *pro* εἶχον.
      - Perfecti *Attici penultimam longam servant Dores: ut,* ἐλήλυθα *pro* ἐλήλυθα. *Vide Perfectum.*
  - Reliquis *omnibus, quæ ad Doricam formationem requiruntur, & proximè post initium vel augmentum verborum occurrunt, ultima scilicet, & penultima. Vide L.*
- **Figura.** *Concidunt Dores in compositis præpositiones, teste Corintho: ut,* ὤτεινον *pro* ἀνάτεινον, ἀμβολιεργὸς *pro* ἀναβολιεργὸς, κωβαλεῖν *pro* κωβαλεῖν.
- **Thematibus,** *quæ vel*
  - **Nova** *fingunt:*
    - Α᾽ *præterito perfecto Dores nova ducunt themata: τεπάχω à πέπαχα, verbi* πάσσω: πιφύκω *à* πέφυκα: αὐάγω *ab* αὔηγα *pro* ἐώαγα, *verbi* αὐάσσω.
    - Α᾽ *Barytonis Dores circumflexa producunt, ait Corinthus: ut,* φωφάω, φωφῶ, *à* φρέφω: νωμάω, νωμῶ, *à* νέμω: πωτάω, πωτῶ, *à* πέτω.
  - **Characteristicas** *permutant:*
    - Verbis *in* αω *&* ωω *veteres Dorienses addunt ν: ut,* ζητάνω *pro* ζητάω, ψαύω *pro* ψάω.
    - Quæ *in* ιω *&* υω *desinunt, Doricè accipiunt ν: ut,* πίνω, *pro* πίω, θυύω *pro* θύω, παλυύω *pro* παλύω.
    - Quartæ *barytonorum* ζ *Doricè in* σδ *abit: ut,* κωμάσδω *pro* κωμάζω.

L. Vt autem Tempora Doricæ probè cognoscamus nonnulla communia inter se habet, ut cum α in η, η in α, ε in ου, μεν in μες frequenter mutatur. Quia tamen magis cõducet, singulis privatam propriamq; suam varietatem, assignabimus. & cõsiderabimus GENVS verborum

ACTIVUM, ejusque Modum

Indicativum & Tempus

Præsens:

In *secunda & tertia singulari* ε *diphthongo* ει, *posteriorem vocalem abjiciunt Dores: ut,* πάτῃς *pro* πατεῖς, πάτῃ *pro* πατεῖ.

Secundam *circumflexorum contrahunt Dores, non in* ᾶ, *sed in* η, *iota neglecto: ut,* ὀρῇς *pro* ὁρᾶς. βοῇς *pro* βοᾷς. *Hoc imitati sunt Attici in* πεινῇς, *διψῇς, ζῇς, & aliis. E contra in aliis nonnullis* η *penultimum mutant in* α: *ut,* φαμὶ *pro* φημὶ, ἰσταμι *pro* ἵστημι.

Tertia *singularis verborum in* μι *Doricè mutat* σ *in* τ: πίθητι *pro* πίθησι, ἵστητι *pro* ἵστησι, *διδοῖτι pro διδοῖσι, ζεύγνυτι pro ζεύγνυσι.*

Prima *pluralis in* μεν *desinens, ut & cæterorum omnium temporum, modorum, generum Doricè mutatur in* μες: *ut,* τύπτομες *pro* τύπτομεν, ποιῆμες *pro* ποιῆμεν, τίθεμες *pro* τίθεμεν.

Eadem *prima pluralis,* ε *penultimum, mutat Doricè in* ο: *ut,* ποιοῦμες *pro* ποιεῦμεν, ποιοῦσι *vel* ποιεῶντι *pro* ποιεῦσι. *Sin* ε *contractum sit verborum in* εω, *tunc ut vult Anteisanus, in annotationibus circumflexorum non abit in* ο: *ut ita pro* χρυσεῦμεν, *non dicamus* χρυσοῦμεν, *quamvis Caninius dicat* χρυσοῦν *pro* χρυσεῦν.

Tertia *pluralis omnium conjugationum, Præsentis & Futurorum, Doricè similis est dativo singulari participii masculini ejusdem generis: ut,* τύπτοντι *pro* τύπτουσι, ποιεῦντι *vel* ποιᾶντι *pro* ποιοῦσι, βοῶντι *pro* βοῶσι. χρυσεῦντι *pro* χρυσοῦσι, τιθεῖντι *pro* τιθεῖσι, ἰστᾶντι *pro* ἱστᾶσι, *διδόντι pro διδοῦσι, ζεύγνυντι pro ζεύγνυσι, ὠνῆ pro ἐσὶ, φαντὶ pro φασὶ.*

Verbi *substantivi* εἰμὶ *Dorica formatio nonnulla habet peculiaria. Pro* εἰμὶ *dicunt Dores* ἐμμὶ, *pro* εἶς, ἐσσὶ: *pro* ἐσὶ, ὠνῆ: *pro* ἰσμεν, *dicunt* ἰμεν, ἰμες *&* ἰμες: *pro* εἰσὶ, *ut jam vidimus* ὠνῆ.

Imperfectum:

Dores ε *quoq; in Imperfecto vertunt in* ο, *& μεν in μες: ut,* ἐποίον *pro* ἐποίην, ἐποιοῦμες *pro* ἐποιεῦμεν: ἐτάπτομες *pro* ἐτάπτομεν ἐβοῶμες *pro* ἐβοῶμεν.

In *secunda circumflexorum observavit Caninius* ω *in* ο *contrahi Doricè: ut,* ἠγάπον *pro* ἠγάπων, ἠγάπων. *Hoc tamen varius ait contingere. Contingit etiam, ut contractio fiat non in* α, *sed in* η, *ex* αε: *ut,* ἔᾶ *pro* ἔζαε, ἐζα.

Tertia *pluralis Imperfecti & Aoristi utriusque Barytonorum formatur Doricè, pro litera* ν *ponendo* σαν: *ut,* ἐτυπτοσαν *pro* ἔτυπτον, ἐιδοσαν *pro* ἔιδον, ἐμαθοσαν *pro* ἔμαθον. *Sic Imperfectum tertiæ circumflexorum* ἐδολιόοσαν, ἐδολιῶσαν *pro* ἐδολιοῦν, ἐδολιεῦν, *à* δολιόω. dolosè ago. *Hoc invenitur in Psalm.* 5: ἐδολιῶσαν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, *linguis suis dolosè agebant.*

Tertia *pluralis Imperfecti & Aoristi secundi Verborum in* μι *formatur Doricè à prima singulari, vel ipsa longa in brevem mutata: ut,* ἔπθεν *pro* ἐπίθεσαν, ἔδοδον *pro* ἐδίδοσαν, ἰσαν *pro* ἴσασαν ἐζεύγνυν *pro* ἐζεύγνυσαν, *ubi* υ *breve est.*

Verbi *substantiv. tertiam singularem formant Dores,* ν *in* σ *mutato,* ῆς *pro* ἦν, *vel* ἦ.

Perfectum:

Penultima *perfecti Attici tres syllabas excedentis, apud Dores retinetur longa: ut,* ἐλήλυθα *pro* ἐλήλυθα, *& Poëticè* ἀλήλυθα. *Quidam enim inquiunt* ι *& ο in* ει *& ε Poëticè redundare. Eustathius* ἀναδοσιν τῷ ι. *Ionicam esse dicit, τῷ* ὁ *Bœoticam.*

Ultimo *in nullis verbis* η *mutant Dores in* α: *ut,* ἕστακα *pro* ἕστηκα, κέκμακα *pro* κέκμηκα; *à* κάμνω.

Prima *pluralis in* μεν, *Doricè* μες *habet: ut,* τετάχαμες *pro* τετάχαμεν.

Tertia *pluralis Doricè terminatur in* αντι: *ut,* τετάχανται *pro* τετάχασι, ἐσήκανται *pro* ἑσήκασι, πεποιήκανται *pro* πεποιήκασι, τετείκανται *pro* τετείκασι.

Plusquamperfectũ:

Prima *& tertia singularis Doricè in* η *desinit; Tertia pluralis in* εσαν, *ut apud Atticos: ut,* ἐτετάχη *pro* ἐτετάχειν *& pro* ἐτετάχει, ἐτετάχεσαν *pro* ἐτετάχεισαν.

Prima *pluralis in* μεν *Doricè in* μες *desinit: ut,* ἐτετάχειμες *pro* ἐτετάχειμεν.

Aoristum *primum:*

Eandem *cum futuro characteristicam & penultimam Doricè habet Aoristus primus: ut,* ἔκλαξα, *pro* ἔκλεισα, *à futuro* κλαξω: *hinc Imperativus* ἀπόκλαξον, *excinde:* ἐβάδλιξα *pro* ἐβάδλισα, *à* βαδλίζω: ἐβάσασε *pro* ἐβάσισε, *à futuro* βασῶ, *pro* βαίνω: ἔσασε *pro* ἔσησε, *à futuro* σασῶ *pro* σήσω.

Primam *pluralem, ut præsentis, in* μες, *terminant Dores: ut,* ἐτύψαμες *pro* ἐτύψαμεν, *&c.*

Tertia *pluralis Barytonorum Doricè desinit in* σαν, *ut in Imperfecto: ut,* ἐτάξασαν *pro* ἐτάξαν.

Aoristum *secundum:*

Prima *pluralis Doricè in* μες *desinit: ut,* ἐτάγομες *pro* ἐτάγομεν.

Tertia *pluralis Barytonorum quidem Doricè in* σαν *desinit: Verborum autem in* μι *à prima singulari formatur, ut in Imperfecto: ut,* ἐτάγοσαν *pro* ἔταγον: ἔθεν *pro* ἔθεσαν, ἔσαν *pro* ἔσησαν, ἔδοσαν *pro* ἔδωσαν, ἔφυ, *ita ut* υ *corripiatur, pro* ἔφυσαν.

Futurum *primum:*

Characteristica *litera* σ *sæpè mutatur Doricè in* ξ, *maximè in* 4 *Barytonorum, vel penitùs omittitur: ut,* βάδλιξω *pro* βαδλίσω, καθίξω *pro* καθίσω, κλάξω *pro* κλείσω, ει *in* α *quoque mutato à* κλείω: ἀγωνίξμαι *pro* ἀγωνίσμαι.

Nonnunquam *hæc quoque mutant Dores* η *in* α: *ut,* βασῶ *pro* βήσω, σασῶ *pro* σήσω, *δοκάσω pro δοκήσω.*

In *omni conjugatione futurum primum Doricè circumflectitur, ut simile evadat secundo: ut,* τυψῶ *pro* τυψω, ποιησῶ *pro* ποιήσω, *δωσῶ pro δώσω,* σασῶ *pro* σήσω.

Prima *pluralis Doricè in* μες *desinit, tertia similis est dativo singulari participii, in utroq; Futuro: ut dictum est in Imperfecto: ut,* τάξομες *pro* τάξομεν: τάξουλι *vel* ταξοῦλι, *vel etiam* ταξοῦλι *pro* τάξουσι: ταγῦλι *vel* ταγοῦλι *pro* ταγῦσι.

Definentia *in* ω *Dores mutant in* ου: *ut,* ποιησοῦντι *pro* ποιησοῦλι, *δωσοῦλι pro δωσοῦσι.*

Reliquos: *quorum non minor est quàm Indicativi varietas. Vide signum M.*

PASSIVUM *& Medium. Vide sign. N.*

M In reliquis modis Activi generis & quidem in

- **Imperativo:**
  - **Præsens:**
    - In *prima circumflexorum* ει *mutatur Doricè in* η: *in tertia autem* υ *in* ω: *ut*, ποιήτω *pro* ποιείτω, ποιείτω: χρυσώτω *pro* χρησάτω, χρυσάτω. *Sic verbum* εἰμι *in Imperativo habet* ἤτω *pro* ἔστω; *tanquam à verbo* ἐω.
    - In *secunda circumflexorum contractio Doricè fit in* η: *ut*, ζῆ ζήτω *pro* ζῆ, ἀτω ζήτω, *ex* ζάετω
    - In *verbis in* μι *usurpatur potius à Dorienſibus terminatio contracta*: *ut*, τίθη *pro* τίθει, ἵστη *pro* ἵστασθι, δίδοι *pro* δίδοῖ *vel* δίδοῖ.
  - **Aoriſtus *ſecundus*:**
    - Mutari *ſolet* ε *in* ον *exemplo Syracuſanorum*: *ut*, λάβον *pro* λάβε, τύπον *pro* τύπε.
    - In *ſecunda conjugatione Verborum in* μι *ponitur* α *pro* η: *ut*, στάθι *pro* στῆθι.
- **Optati o**
  - Prima *pluralis in* μὰν *omnium conjugationum & temporum Doricè in* μες *deſinit*: *ut*, τυπτοίμες *pro* τύπτοιμὰν, ποιήσοιμες *pro* ποιήσοιμὰν, *&c.*
  - Præſens *tempus verborum circumflexorum terminant Dorienſes & Aoles in* ῶλω: *ut*, ποιῶλω *pro* ποιοῖμι, χρυσῶλω *pro* χρυσοίμι, βοᾶλω *pro* βοῷμι.
